
GREGORII
MAGNI
Regulae
Pastorales
Ts
4400

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY
Inc. 52.


GREGORI
MAGNI
Regulae
Pastorales
Ts
4400

a
1911. 4181.

Incipit lib' Regule pastoral' gregorii Pape ad Johanē Archiepm Ravēnēsē
Prologus

[illegible]
Pendendo voluiſſe: benigna frat karissi
me. atq; humillima intēcōne deprehē
dis. Que ne quibuſdā leuia eſſe videā
tur. preſentis libri ſtilo exprimo. de eorū graue
dine omne qd penſo. vt et hec qui vacat. incau
te nō expetat. et qui incaute expecijt. adeptum
ſe eſſe ptimeſcat. Quadripcita vero diſputacio
ne lib iſte diſtinguitur ut ad lectoris ſui aīm or
dinatis allegacōib9 quaſi quibuſdā paſſibus
gradiatur. Nam cū rerū neceſſitas expoſcat pē
ſandū valde eſt. ad culmē quiſq; regiminis qli
ter veniat: atq; ad hoc rite perueniēs. qualiter
viuat et bene viuēs. qualit doceat. et recte docēs
infirmitatē ſuam quotidie quāta cōſideracōne
cognoſcat. ne aut humilitas acceſſum fugiat.
aut peruencōi vita cōtradicat: aut vitā doctri
na deſtituat. aut doctrinā preſūpcio extollat.
Prius ergo appetitū tempet timor. poſt autem
magiſteriū. qd ante querēte ſuſcipitur vita cō
mēdet: ac deinde neceſſe eſt ut paſtoris bonum.
qd viuēdo oſtenditur. etiā loquēdo ppagetur.
Ad extremū vero ſupeſt. ut perfecta queq; o
pera. cōſideracō ꝓprie infirmitatis deprimat. ne

VEND. EX BIBL. REG. BEROL.
Ex Bibliotheca Regia Berolinensi.
BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza
Inc. 52

doubl. mit N 8800
Bt 9266



Hain *7981

Panz. IV. p. 277. n. 374. b.

1203085 (N)

a

1911.4181.

Incipit lib' Regule paſtoral' gregorii Pape ad Johanē Archiepm Ravenēſē Prologus

Pendendo voluiſſe: benigna frat̃ kariſſi me atq; humillima intēcōne deprehē dis. Que ne quibuſdā levia eſſe videā tur. preſentis libri ſtilo exprimo. de eorū graue dine omne qd penſo. vt et hec qui vacat. incau te nō expetat. et qui incaute expecijt. adeptum ſe eſſe ptimeſcat. Quadriptita vero diſputacio ne lib iſte diſtinguitur ut ad lectoris ſui aim or dinatis allegacōib9 quaſi quibuſdā paſſibus gradiatur. Nam cū rerū neceſſitas expoſcit pē ſandū valde eſt. ad culmē quiſq; regiminis q̄li ter veniat: atq; ad hoc rite perueniēs. qualiter viuat. ꝛ bene viuēs. qualit̃ doceat. ꝛ recte docēs infirmitatē ſuam quotidie quāta cōſideracōne cognoſcat. ne aut humilitas acceſſum fugiat. aut peruencōi vita cōtradicat: aut vitā doctri na deſtituat. aut doctrinā preſūpcio extollat. Prius ergo appetitū tempet timor. poſt autem magiſteriū. qd ante querēte ſuſcipitur vita cō mēdet: ac deinde neceſſe eſt ut paſtoris bonum. qd viuēdo oſtenditur. etiā loquēdo ppagetur. Ad extremū vero ſupeſt. ut perfecta queq; o pera. cōſideracō ppie infirmitatis deprimat. ne

VEND. EX BIBL. REG. BEROL.
Ex Biblioth. Regia Berolinensi.
Biblioteka Główna Univ. im. A. Mickiewicza w Poznaniu
Inc. 52

KAISER-WILHELM-BIBLIOTHEK * POSEN *

rāt ab ipō libri hui⁹ rephendant exordio. ut q̄
indocti ac p̄cipites doctrine arcē tenē appetūt.
a p̄cipitacōis ſue auſib⁹ in ipſa locucōis nr̄e ia
nua repellant. Imperiti ne venire ad magiſteri

Nulla ars doceri preſu um audeāt. Cap. i.
mit n̄ pri⁹ intēta meditacōe diſcat. ¶ Ab
imperitis g̊ paſtorale magiſteriū q̄ temeritate
ſuſcipit. qn̄ ars ē artiū regimē aiarū. Quis aūt
cogitacōnum vulnera occulciora eſſe neſciat.
vulnerib; viſcerū. Et tn̄ ſepe hi q̄ nequaq̄ ſpūa
lia p̄cepta ꝯgnouerūt cordis ſe medicos ꝓfiteri
nō metuūt. dū q; pigmētorum vim neſciūt. vi
deri medici carnis nō erubeſcunt. Sed quia au
ctore deo ad religionis reuerenciā omne iam p̄
ſentis ſeculi culmē inclinat ſunt non nulli qui
intra ſanctam eccleſiam per ſpeciem regiminis
gloriam affectant honoris. videri doctores ap
petunt tranſcendere ceteros concupiſcunt. atq;
atteſtante veritate primas ſalutaciones in fo
ro. primos in cenis recubitus. primas in conuē
tibus cathedras querunt. Qui ſuſceptum curē
paſtoral' officiū miniſtrare digne tāto magis

nequeūt. quāto ad humilitatis magiſteriū. ex
ſola elacōne ꝑuenerūt. Ipſa quippe in magiſte
rio lingua ꝯfundit᷑: quādo aliud diſcitur. ⁊ ali
ud docet᷑. Quo cōtra dn̄s ꝑ ꝓphetam q̄ritur di
cens. Ipſi regnauerūt ⁊ non ex me. principes
extiterūt ⁊ nō ꝯgnoui. Ex ſe nāqȝ. et nō ex arbi
trio ſūmi rectoris regnāt qui nullis fulti virtu
tibus nequaq̄ vocati. ſed ſua cupidine accenſi
culmē regiminis rapiūt. pocius quā aſſequūt᷑
Quos tamē intern⁹ iudex. ⁊ ꝓuehit ⁊ neſcit. qꝛ
quos ꝑmittēdo tollerat. ꝓfecto ꝑ iudicium re
probacōis ignorat. Vn̄ ad ſe quibuſdā ⁊ poſt
miracula venientibȝ dicit. recedite a me opar̄ij
iniquitatis. neſcio qui eſtis. Paſtorū impicia
voce veritatis increpatur: cū per ꝓphetā dicit.
Ipſi paſtores ignorauerūt intelligenciā. Quos
rurſū dn̄s deteſtat᷑ dicens: ⁊ tenētes legem ne
ſcierūt me. Et neſciri ergo ſe ab eis veritas que
ritur. ⁊ neſcire ſe principatū neſcienciū ꝓteſta
tur. quia ꝓfecto hij qui ea que ſūt domini neſci
unt. a dn̄o neſciūtur. paulo atteſtante qui ait.
Si quis aūt ignorat ignorabitur. Que nimirum
paſtorū ſepe imperitia meritis congruit ſbiecto
rū. qui q̄uis lumē ſciētie ſua culpa exigente.
nō habeant. diſtricto tn̄ iudicio agit᷑. vt ꝑ eorū
ignorātiam. hij etiam qui ſequūtur offendant
Hinc nāqȝ i euāgelio ꝑ ſemetipāȝ veritas dicit

Si cecus ceco ducatum prebeat. ambo in foueam
cadunt. Hinc pſalmiſta nõ optãtis animo. ſed
ꝓphetantis miniſterio denũciat dicẽs. Obſcuren
tur oculi eoꝝ ne videatur. ⁊ dorſum eorum ſẽper
incurua. Oculi quippe ſũt. qui in ipſa honoris ſũ
mi facie poſitĩ prouidẽdi itineris officium ſuſce
perũt. Quibus hii nimirũ qui ſubſequũtur in
herẽt. dorſa nominant̃. Obſcuratis ergo ocul̃
dorſũ inflectũt. quia cũ lumen ſciencie perdunt
qui p̄eunt ꝓfecto ad portãda peccatorum onerã
curuantur qui ſequũtur.

Ne locum regiminis ſubeant qui viuẽdo nõ
ꝓficiũt que meditãdo didicerũt. Cap. 2.

Et ſũt nõnulli q̃ ſollerti cura ſpũalia p̄cep
ta pſcrutãtur. ſʒ que intelligẽdo penetrãt
viuendo cõculcant. repente docent que nõ ope
re ſed meditacione didicerunt. et quod verbis
predicant moribus impugnant. Vnde fit vt
cum paſtor per abrupta graditur. ad precipici
um grex ſequatur. Hinc nãqʒ dominꝰ per ꝓphe
tam contra cõtemptibilem paſtorum ſcienci
am queritur dicens. Cum ipſi limpidiſſimam a
quam biberitis reliquã pedibꝰ veſtris turbaſ
tis ⁊ oues mee que conculcata pedibʒ vr̃is fu
erãt paſcebãt ⁊ q̃ pedes vr̃i turbauerãt hec bibe
bãt. Aquã q̃ppe limpidiſſimã paſtores bibũt.
cũ fluẽta veritatis. recte intelligẽtes hauriunt

Sꝫ eādē aquā pedibꝫ turbare ē. ſcē meditacōis ſtudia male viuēdo corrūpē. Aquā .ſ. eorū tur batā pedibꝫ oues bibūt. cum ſbiecti quiqꝫ non ſectātur v̀ba q̄ audiūt. ſꝫ ſola q̄ ꝯſpiciūt exēpla prauitatis imitant̄. Qui cū dicta ſiciunt qꝫ per opa peruertūtur. quaſi corruptis fontibꝫ in poti bus lutū ſumūt. Hinc quoqꝫ ſcriptū eſt in pro pheta de ſacerdotibꝫ. cauſa ruine populi ſacerdo tes mali. Hinc rurſū dn̄s de ſacerdotibus per ꝓphetam dicit. facti ſūt domui iſrl̄ in offendicu lum iniquitatis. Nemo quippe amplius in eccleſi a nocꝫ. quā qui peruerſe agēs nomē vel ordinē ſāctitatis habet. Delinquētē nāqꝫ hunc. redar guere nullus preſumit: et in exēplum culpa ve hement̄ extenditur. quādo pro reuerēcia ordi nis peccator honorat̄. Indigni autē quiqꝫ tanti reatus. pōdeā fugerēt. ſi veritatis ſētēciā ſollicita cordis aure itēcōe pēſarēt q̄ ait. q̄ ſcādaliſauerit vnū de puſillis iſtis. qui in me credunt expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. et demergat̄ in profūdum maris. Per molā quip pe aſinariā ſecularis vite circuitus ac labor expri mit̄. et p profundū maris extrema dāpnacō de ſignatur. Qui ergo ad ſāctitatis ſpeciē deductus vel verbo ceteros deſtruit vel exēplo. melius ꝑ fecto fuerat vt hunc ad mortem ſub exteriori habitu. terrena acta cōſtringerent. quā ſacra

officia in culpa ceteris imitabilem demonſtrarent. quia nimirum ſi ſolus caderet vt cumqꝫ hunc tollerabilior inferni pena cruciaret

De pondere regiminis. et qđ adu̇ſa queqꝫ deſpicienda ſūt ꝓſpera formidāda. Cap. 3.

Hec itaqꝫ breuiter diximus. vt quātum ſit pondus regiminis monſtremus. ne temerare ſacra regimina ſi quis hijs impar eſt audeat et per cōcupiſcenciam culminis. ducatum ſuſcipiat perdicionis Hinc enim pie Jacobꝫ prohibet dicēs. Nolite plurēs magiſtri fieri fratres mei Hinc ipſe dei hominūqꝫ mediator. regnum percipere vitauit in terris qui ſupernorum quoqꝫ ſpirituum ſentēciam ſenſumqꝫ tranſendens ante ſecula regnat in celis. Scriptū quippe eſt Jheſus cum cognouiſſet quia venturi eſſent. vt raperent eum et facerent eum regem. fugit iterum in montem ipſe ſolus. Quis enim principari hominibus tam ſine culpa potuiſſet. quā is qui hos nimirū regeret quos ipſe creauerat Sꝫ quia idcirco in carne apparuīt ut nō ſolum nos per paſſionem redimeret verum etiā per conuerſacōem doceret. exēplum ſe ſequētibus prebēs. rex fieri noluit ad crucis vero patibulū ſpōte peruenit. oblatā gloriam culminis fugit. penā obprobrioſe mortis appetit vt mēbra eiꝰ videlicꝫ diſcerēt fauores mūdi fugere terrores

minime timere. prosperitate adversa diligere. prospera formidando declinare. quia et ista sepe pertinaciorem cor contaminant et illa per dolorem purgant. In istis se animus erigit. in illis autem etiam si quando exererit se sternit. In istis sese homo obliviscitur in illis vero ad sui memoriam nolens etiam coactus quoque revocatur. In istis sepe et ante acta bona depereunt. in illis autem longi quoque temporis amissa terguntur. Nam plerumque adversitatis magisterio sub disciplina cor primitur. Quod si regiminis culmen eruperit in elatione protinus usu glorie permutatur. Sic saul qui indignum se prius considerans fugerat: mox ut regimi gubernacula percepit intumuit. Honorari namque coram populo cupiens. dum reprehendi publice noluit ipsum qui in regno se unxerat scidit. Sic david. auctoris iudicio pene in cunctis actibus placens. mox ut pressure pondere caruit in tumorem vulneris erupit. Factus que est in morte viri crudeliter rigidus. qui in appetitu femine enerviter est fluxus. Et qui malis ante noverat pie parcere in bonorum quoque nece post didicit sine obstaculo retractionis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit. et post cum dampno desudantis exercitus etiam devotum militem extinxit. quem profecto ab electorum numero culpa longius rapet. nisi hunc ad veniam flagella revocassent.

cap: 4

¶ Occupatio regiminis ſoliditatē diſſipat mētis.

Sepe ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa diuerberat ⁊ impar quiſqȝ inuenitur ad ſingula dū cōfuſa mente diuiditur ad multa. Vn̄ quidā ſapiens ꝓuide ꝓhibet dicens. Fili ne in multis ſint actus tui. qꝛ videlicȝ nequaꝗ̄ plene in vniuſcuiuſqȝ opis racōe colligitur dū mens p diuerſa ptitur. Cunqȝ foras p inſolentem curam trahitur. a timoris intimi ſoliditate vacuatur. Fit in exterioꝝ diſpōe ſollicita. ⁊ ſui ſolūmō ignara ſcit multa cogitare ſe neſciens. Nā cū plus ꝗ̄ neceſſe eſt. ſe exterioribȝ implicat quaſi occupata in itinere obliuiſcitur quo tendebat. ita ut a ſtudio ſue inquiſicōis aliena. nec ipſa quidē q̄ patit̄ dāna ↄſiderȝ. ⁊ p quāta delinquat ignoret. Neqȝ eni peccaē ſe ezechias credidit cū venientibꝫ ad ſe alienigenis. cellas aromatū oſ̄dit. ſȝ in dānacōne ſecuturē prolis. ex eo iram iudicis ptulit qd ſe facē licent̄ eſtiauit. Sepe dū multa ſuppetūt. dūqȝ agi pn̄t que ſbiecti. quia acta ſūt āmirētur in cogitacōe ſe anim⁹ eleuat. ſȝ plene in ſe iram iudicis ꝓuocat. ꝗ̄uis p iniq̄ opa foras non erūpat. Intus quippe eſt qui iudicat. intus qd iudicatur. Cū ergo in corde delinquim⁹. latȝ hoīes q̄d apud nos agimus. ſed tn̄ ipō iudice teſte peccamus. Neqȝ enim rex babiloīe. tūc reus de elacōe extitit cū ad elacōis vba

Ezechias

peruenit. quippe qui ore ꝓphetico ꝙ ãte cũ ad ela
cõnem tacuit. ſētenciã reprobacõnis audiuit.
culpã nãqꝫ perpetrate ſupbie iam ante deterſe
rat. qui omnipotentē deum. quem ſe offendiſſe
repperit cunctis ſubſequentibus predicauit.
Sꝫ poſt hec ſucceſſu ſue poteſtatis eleuatus eſt.
dũ magna ſe feciſſe gaudet. cũctis pri⁹ in cogi
tacõne ſe pretulit. et poſt adhuc tumid⁹ dixit.
Nõne hec ē babylon magna. ꝙ ego edificaui
in domum regni. ⁊ in robore fortitudinis mee. ⁊
in gloria decoris mei. Que videlicet uox illi⁹ ire
vindictã apte ꝑtulit. ꝙ occulta elacõ accendit
Nam diſtrictus iudex prius inuiſibiliter uidit
qđ poſt publice feriendo reprehēdit. Vñ et in
irracõnale hunc animal vertit. ab humana ſo
cietate ſepauit. agri beſtijs mutata mente con
iũxit: vt diſtricto videlicꝫ iuſtoqꝫ iudicõ. homo
quoqꝫ eſſe pderet. q̃ magnũ ſe vltra homines
eſtimaſſet. Hec itaqꝫ preferētes nõ poteſtatē
reprehendim⁹. ſed ab appetitu illius cordis in
firmitatem munim⁹. ne impfecti quiqꝫ culmē
arripe regiminis audeãt. et q̃ in planis ſtãtes
titubãt in precipiti pedē ponãt.

Qui exemplo ꝓdeſſe poſſunt ꝫ quietē ꝓpriã ſectando dimittũt. Cap. 7.

Nam ſũt nõnulli qui eximia virtutũ dona
ꝑcipiũt. ⁊ ꝓ exercitacõe ceteroꝝ magnis

muẽribꝫ exaltãtur Qui ſtudio caſtitatis mũdi
abſtinẽtie robořẽ validi. doctrīe dapibꝫ referti·
paciẽ lõganitate huiles/auctoitatis fortitudie
erecti·pietatis ğ benigni/iuſticie ſeueitate diſtri
cti ſũt. Qui nimiꝝ culmẽ reginũ ſi võti ſuſcipe
rẽnuũt·ipa ſibi pleꝝqꝫ dona adimũt·q̃ nõ ꝑ ſe
tãtũmõ·ſꝫ ec̃ pro aliȷ̃s accepnt· Cũqꝫ ſua ⁊ nõ a
lioꝝ luc̃ cogitãt·ipis ſe q̃ ꝑ̃uata hr̃e appetũt bo
nis ꝑ̃uant. Hic nãqꝫ ad diſcipulos veritas dic̃
Nõ põt ciuitas abſcõdi ſup̃ mõtẽ poita·neꝫ accẽ
dũt lucnã·⁊ ponũt eã ſb̃ modio·ſꝫ ſup̃ cãdelabꝝ
ut luceat oibꝫ qui ĩ domo ſũt. Hic petro ait·Sy
mõ iohis amas me. Qui cũ ſe amare protinus
rñdiſſꝫ·audiuit·Si diligis me paſce oues meas
Si ğ dilcõis eſt teſtĩõniũ cura paſcioīs·q̃ſquis
virtutibꝫ pollens·gregẽ dei rennuit paſcere·pa
ſtorẽ ſũmum ɔuĩcit̃ nõ amar̃e· Hinc paul9 dic̃
Si xp̃s ꝑ oibꝫ mortuus eſt·ergo oẽs mortui ſũt
⁊ ꝑ oibꝫ mortuus eſt·ſupeſt·ut qui viuunt iam
non ſibi viuant·ſꝫ ei qui ꝑ ipis mortuus ẽ ⁊ re
ſurrexit. Hinc moyſes ait·vxorẽ fratris ſine fi
liȷ̃s defuncti· ſupſtes fr̃ accipiat· atꝫ ad nomẽ
fr̃is filios gignat. Quã ſi accipe forte rẽnuerit
huic in faciẽ mulier expuat·vnũqꝫ ei pedẽ ꝯpim
qu9 diſcalciet· eiuſqꝫ hitaculi domũ diſcalciati
vocet. Frat̃ quippe defunct9 ille ẽ·qui p9 reſurre
ctõis glãꝫ appens dixit·Ite nũtiate fr̃ibꝫ meis

Qui quaſi ſine filijs obijt· quia adhuc electoꝝ ſuorū numerū nō impleuit. Huiꝰ .ſ. vxorē frat ſupſtes ſortiri precipit quia dignū profecto ē ut cura ſācte eccleſie· ei q̄ hāc bene regē preualet· imponat cui nocenti in faciē mulier expuit qꝛ q̄ſquis ex muneribꝫ que pcepit pdeſſe alijs non curat bonis quoqꝫ eiꝰ ſācta eccleſia exprobrās· ei quaſi in faciem ſaliuam iactat. Cui ex vno pede calciamētū tollit· vt diſcalciati domꝰ vocetur. Scriptū quippe eſt. Calciati pedes in prepacōne euāgelij pacis. Si ergo ut noſtram ſic curā proximi gerimꝰ· vtrūqꝫ pedē per calcimentū munimus. Qui vero ſuā cogitās vtilitatem· proximorū negligit· quaſi vniꝰ pedis calcimētum· cū dedecore amittit. Sicut itaqꝫ nō nulli· qui magnis ut diximꝰ muneribꝫ ditati. dum ſolius cōtēplacōnis ſtudijs inardeſcūt· parere vtilitati in proximorum predicacōne refugiūt ſecretū q̄etis diligūt ſeceſſum ſpeculacōis petūt de quo ſi diſtricte iudicent· ex tātis procul dubio rei ſūt· quātis venientes ad publicū prodeſſe potuerūt. Qua enim mēte is qui proximis pfuturus emiteſceret· vtilitati ceterorū ſecretum pponit ſuū· quādo ipe ſūmi patris vnigenitꝰ· vt multis pdeſſet de ſinu patris egreſſus eſt ad publicū nrm.

¶ Vere humil diuinis nō reluctat iudicijs. Cap·6·

EEt ſunt nōnulli qui ex ſola humilitate refugiunt ne eis quib; ſe impares eſtimāt p̄ſerant. Quoꝝ pfecto humilitas ſi ceteris v̄tutib; cingit̄ tūc an̄ dei oculos vera ē cū ad reſpuēdū hoc qd vtilit̄ ſubiē precipit̄ ptinax non ē. Neq; eni vere ē humil̄. q̄ ſupni nutus arbitriū vt preeē debeat itelligit ⁊ tn̄ p̄eſſe ɔtēpnit. Sz diuinis diſpoſicōibus ſbdit⁹ atz a vicō obſtinacōis alienis cū ſibi regiminis culmē impat̄. ſi iā donis preuēt⁹ ē. quib; ⁊ aliis pſit ⁊ ex corde dz fugere ⁊ inuit⁹ obedīe. Officiū p̄dicacōis ab aliq̄b; laudabilit̄ petit̄ ad qd alij ſic etiā cogūtur.

QVāuis nōnūq̄ predicacōis offi Cap. x.
ciū. ⁊ nōnulli laudabilit̄ appetūt ⁊ ad hoc nōnulli laudabilit̄ coacti ptrahunt̄ qd liq̄de noſcim⁹ ſi duoꝝ ꝓpharū facta penſam⁹. quoꝝ vn⁹ ut ad p̄dicādū mitti debuiſſ; ſpōte ſe p̄buit q̄ tn̄ alt̄ pergē cū pauoē recuſauit. yſaias q̄ppe dn̄o q̄renti quē mittēt. vltro ſe obtulit dicens Ecce ego mitte me Jhēmias aūt mittit̄ ⁊ tn̄ ne mitti debeat humilit̄ reluctat̄ dicēs. A a a dn̄e de⁹ ecce neſcio loq̄ q̄ puer ego ſū. En ab utriſq; exteri⁹ diuſa vox pdijt. ſ; nō a diuſo fonte dilectionis emanauit. Duo q̄ppe ſūt p̄cepta caritatis dei viz amor ⁊ ꝓximi. Per actiuā igr̄ vitā ꝓdeſſe proximis cupiēs yſaias officiū predicationis appetit. p contēplatiuā vero. Jheremias amori

conditoris ſedule inherere deſiderans. ne mitti
debeat ad predicãdum ↄtradicit. Qd ergo lau
dabilit̄ alter appeciͭt. hoc laudabiliter alter ex-
pauit. Iſte ne tacite ↄtemplacōis lucra loquē
do pderet. Ille ne dãpna ſtudioſi opis tacendo
ſētiret. Sed hoc in vtriſqȝ ſubtiliter eſt intuen
dum. quia ⁊ is qui recuſauit plane nō reſtitit.
⁊ is qui mitti voluit. ante ſe p altaris calculū
purgatū vidit. ne aut nō purgatus adire quiſ
qȝ ſacͣ miniſteria audeat. aut quē ſupna gracia
eligit. ſub humilitatis ſpecie. ſupbe cōtradicat
Quia igit̄ valde difficile eſt. purgatum ſe quēli
bet poſſe ↄgnoſcere. predicacōnis officiū tucius
declinat̄. Nec tn̄ declinari ut diximꝰ debȝ ptinaci
ter. cū ad ſuſcipiēdū hoc ſuperna volūtas ag
noſcit̄. Qd moyſes vtrūqȝ miro ope expleuit
qui preeſſe tante multitudini. ⁊ noluit ⁊ obedi
uit. Supbus enim fortaſſe eſſet. ſi ducatum ple
bis innumere ſine trepidacōne ſuſciperet. Et
rurſū ſupbus exiſteret. ſi auctoris impio obedi
re recuſaret. Vtrobiqȝ ergo humilis ⁊ vtrobi
qȝ ſubiectus. ſed preeſſe popul' ſemetipſū meti
endo noluit. ⁊ tamē de imperãcis viribus pre
ſumendo cōſenſit. hinc ergo hinc quiqȝ precipi
tes colligant cū quãta culpa ex appetitu ↄprio
ceteris preferri nō metuūt. ſi ſancti viri plebiū
ducatum ſuſcipe. deo etiam iubente timuerunt.

Moyſes ſuadente dño trepidat. et infirm⁹ ꝗs, q; vt honoris onus ꝑcipiat ābelat. ⁊ qui ad ea ſū valde vrget ex ꝯpriis humeꝝ libenter oppri mēdus ꝑōderib; ſbmittit alienis. qui egit ferre nō valet ⁊ auget q̄d portet.

De hiis qui preeſſe concupiſcunt ⁊ ad vſum ſui libidinis inſtrumentum apoſtolici ſermo nis arripiunt. Cap. 8.

Plerūq; vero ꝗ preeſſe ꝯcupiſcūt ad vſū ſui libidinis inſtrumētū aplici ſermonis ar ripiūt q̄ ait. ſi quis epiſcopatū deſiderat. bonū opus deſiderat. Qui tñ laudās deſideriū impauo rē vertit ꝓtinus q̄d laudauit cū repete ſubiūgit o; aūt epm irreprehēſibilē eē. Cūq; vtutū neceſ ſaria ſbſequent enumerat ꝗ ſit irreprehēſibili tas ipa maīfeſtat. Et fauet ḡ deſiderio. ⁊ terret ex ꝑcepto. Ac ſi apte dicat. Laudo q̄d ꝗritis ſ; ꝑus diſcite ꝗd ꝗratis. nedū voſmetipōs meti ri negligitis. tanto fedior vr̄a reprehēſibilitas appareat qn̄to ⁊ a cūctis ꝯſpici in honoris arce feſtinat. Magn⁹ enim regēdi artifex fauorib⁹ impellit. terrorib; retrahit. vt auditores ſuos ⁊ deſcripto irreprehenſibilitatis culmine reſtri gat a ſupbia ⁊ officiū laudādo q̄d ꝗrit ꝯponat ad vitā. Quāuis notandū ꝙ illo in tpe d̄r. quo quiſquis plebib; ꝑerat prim⁹ ad martirii tor mēta ducebat. Tūc ḡ laudabile fuit epatum

querere qñ p hunc dubiũ nõ erat ad ſupplicia
grauiora puenire. Vñ ipm quoqȝ epatus offi
ciũ boni opis expreſſione diffinitus. cum dicit
ſi quis epatum deſiderat. bonum opus deſiderat
Ipſe ergo ſibi teſtis eſt. qȝ epiſcopatum nõ ap
petit. qui nõ per hũc boni opis miniſterium. ſȝ
honoris gloriã querit. Sacrũ quippe officiũ nõ
ſolum nõ diligit. omnino ſed neſcit. qui ad cul
mẽ regiminis anhelãs. in occulta meditacõne
cogitacõis ceterorum ſubiectione paſcit. laude p
pria letat. ad honorẽ cor eleuat. rerũ affluenci
um habundãcia exultat. Mũdi ergo lucrũ q̃
ritur ſb eius honoris ſpecie. quo mundi deſtrui
lucra debuerũt Cumqȝ mẽs humilitatis culmẽ
arripere ad elacõnem cogitat. quod foris ap
petit intus immutat.

¶Mens preeſſe volentiũ ficta ſibi bonorũ ope
rũ pmiſſione blanditur. Cap. 9.

Sed pleruqȝ hij q̃ ſubire magiſteriũ paſto
rale cupiũt: nõnulla quoqȝ bona opa aio
pponunt. Et quãuis hoc elacõis intencõne ap
petãt. opaturos tñ ſe magna pertractant. Fit
qȝ ut aliud intus intencõ ſubprimat. aliud tra
ctantis aio ſupficies cogitacõis oſtẽdat. Nã
ſepe de ſe mẽs ipſa ſibi mẽtitur. et fingit ſe de bo
no ope amare qd non amat. de mũdi autẽ glo
ria nõ amare qd amat. Qui principari appetẽs

ſit ad hoc pauida cū q̄rit· audax cum pueuerit
Tĕdens enim ne nō pueniat trepidat ſz repen
te pueniēs iure ſibi hoc debitū ad qđ puenerit
putat. Cūq3 percepti principatus officio pfrui
ſecularit̄ ceperit libēter obliuiſcit̄ quicq̄d religi
oſe cogitauit· vn̄ neceſſe ē vt cū cogitacō extra
vſum ducitur ꝓtinus mentis oculus ad opera
trāſacta reuocet̄ ac penſet q̄ſq3 quid ſubiectus
egerit ⁊ repēte ꝯgnoſcit ſi prelat⁹ bō agē q̄ pro-
poſuerat poſſit qꝛ nequaq̄ᵖ val3 in culmine hu
militatē diſcē q̄ in imis poſit⁹ nō deſiſtit ſupbiē
Neſcit laudē cū ſuppetit fugere qꝛ hanc didicit
cū de eēt anhelare. Nequaq̄ᵖ vincē auaritiā pōt
qn̄ ad multoꝝ ſuſtētacōe3 ꝓditꝰ cui ſufficere
ꝯpia nec ſoli potuerūt· Ex añacta ḡ ſe vita vn⁹
quiſq3 iueniat ne in appetitu ſe culmis imago co
gitacōnis illudat quis plerq3 i occupacōe re
giminis ipē quoq3 boni opis vſ⁹ pdit̄ q̄ in tran
q̄llitate tenebat̄ qꝛ q̄eto mari recte nauē et im
perit⁹ digit turbatis aūt tēpeſtatis fluctib3 etiā
peritus ſe nauta cōfundit. Quid namq3 eſt po
teſtas culminis niſi tempeſtas maris. In qua
cogitacōnum ꝓcellis ſemper nauis cordis qua
tit̄· huc illucq3 iceſſant̄ impellit̄ vt p repētinos
exceſſus oris et opis q̄ſi p obuiācia ſaxa frāga
tur. Int̄ hec itaq3 q̄d ſequēdū ē et q̄d tenēdū ē
ñ vt virtutib3 pollēs coactus ad regimē veniat

virtutibus vacuus. nec coact9 accedat. Jlle ſi omnino immittitur caueat ne acceptā pecuniam in ſudariū ligans. de eius occultacōe iudicetur Pecuniā quippe in ſudario ligare eſt. percepta dona ſub ocio lenti torporis abſcondē. At cōtra iſte cū regimē appetit. attendat ne per exemplū praui opis phariſeoꝝ moē. Ad ingreſſum reg ni tendētibꝫ. obſtaculum fiatꝫ q̄ iuxta magiſtri vocem. nec ipſi intrāt. nec alios intraē pmittūt Cui ɔſiderādum quoqꝫ eſt. quia in cauſā popu li elect9 preſul ſuſcipit. quaſi ad egrū medicus accedit. Si ergo in eius ope adhuc paſſiones viuūt. quia preſūpcōe pauſſum mederi ꝓperat q̄ in facie vulnus portat.

Qualr q̄ſqꝫ ad regimē venire debeat. Cap. 10.

JLle igitur modis omnibꝫ debet ad exēplū viuendi ptrahi qui cūctis carnis paſſioni bus moriēs iam ſpiritalit̄ viuit. qui proſpera mundi poſtponit. qui nulla aduerſa ptimeſcit qui ſola interna deſiderat. cui9 intencōni bone ɔgruens. nec omnino corp9 per imbecillitatem nec valde p ɔtumeliā repugnāt ſpūs. q̄ ad alie na cupiēda nō ducit̄. ſꝫ ꝓpria largit̄ qui per pie tatis viſceā cicius ad ignoſcendum flectitur. ſꝫ nūq̄ plus quā decet ignoſcēs. ab arce rectitudi nis inclinatur/ qui nulla illicita ppetrat. ſed per petrata ab alijs. vt ꝓpria deploāt. qui ex affectu

cordis aliene infirmitati cōpatit̃ ſicq; in bonis
ꝓximi ſicut in ſuis ꝓfectib⁹ letat̃. Qui ita ſe imi
tabilē ceteris in cunctis q̄ agit inſinuat/ut inter
eos non habeat qd ſaltē de trāſactis erubeſcat
Qui ſic ſtudet viuere. vt ꝓximoꝝ q̃ꝫ corda arēti
a doctrine valeat fluētis irrigare. q̄ oracōis vſu
et expīmento iā didicit. qd obtinere a dn̄o q̄ po
poſcerit poſſit. Cui p effect⁹ voce iā q̄ſi ſpecialit̃
dicit̃. adhuc loquente te dicā ecce adſū. Si eni
fortaſſe q̄s veniat vt ꝓ ſe ad intercedendū nos
apud potentē quēpiā virū q̄ ſibi iratus. nob; ve
ro ē incognitus ducat ꝓtin⁹ reſpōdem⁹. Ad in
tercedēdū venire nō poſſum⁹. q2 familiaritatis ei⁹
noticiā non habem⁹. Si ergo homo apud homi
nem de quo minime preſumit. fieri interceſſor e
rubeſcāt/q̄ mēte apud dn̄i interceſſionis locū ꝓ
populo arripit. qui familiarē ſe ei⁹ grē eſſe p vi
te meritū neſcīt/aut ab eo quomō alijs veniam
poſtulat. qui verū ſibi ſit placat⁹ ignorat. Qua
in re eſt adhuc aliud ſolliciti⁹ formidandū. ne
qui placare poſſe iram credit hanc ipſe ex ꝓpri
o reatu mereatur. Cūcti enim liquido nouim⁹.
quia cum is q̄ diſplicet ad intercedendū mittit̃
irati animus ad deteriora ꝓuocat̃/qui ergo ad
huc deſiderijs terrenis aſtringitur. caueat ne
diſtricti in ſe iram iudicis grauius accēdēs. dum
loco delectatur glorie. fiat ſubditis auctor ruine

Sollerter ergo ſe quiſq; metiatur. ne locū regi
minis aſſumere audeat ſi qd in ſe viciū dāpna-
biliter regnat/ ne is quē crimē deprauat ꝓpriū
intercessor fieri appetat. ꝑ culpis aliorum.

¶ Qualē ſe regens debeat exhibere ⁊ ſine vicio
corporis eſſe. Cap. II.

Hinc etenim ſupna voce ad moyſen dicit
Loquere ad aaron. Homo de ſemine tuo
p familias qui habuerit maculā nō offeret pa
nes deo ſuo. nec accedet ad miniſterium eius.
Vbi et repente ſubiungitur. Si cecus fuerit.
ſi claudus. ſi vel paruo vel grandi et torto na-
ſo ſi fracto pede. ſi manu. ſi gibbꝰ. ſi lippus. ſi al
bugine habēs in oculo. ſi iugem ſcabiē. ſi impe
tigiēm. in corpore vel ponderoſus. Cecus quippe ē
qui ſupne lumē cōtemplacōis ignorat. qui pre
ſentis vite tenebris preſſus. dū venturā lucem
nequaq̄ diligendo cōſpicit. quo greſſum opis
porrigat neſcit. Hinc etenim ꝓphante anna di
citur. Pedes ſāctorū ſuorum ſeruabit ⁊ impij in
tenebris conticeſcent. Claudus vero ē: q̄ quidē
quo pergere debeat aſpicit. ſed p infirmitatem
mētis. vite viā perfecte non valet tenē. quā vi
det/ quia ad virtutis ſtatū. dum flura ꝯſuetudo
non erigitur. quo deſideriū inmitit illuc greſſus
opis efficaciter non ſequūt. Hinc etenim pau
lus dicit. Remiſſas manus et diſſoluta genua

trigite· ⁊ greſſus rectos facite pedib; vr̄is · ut nō claudicans erret· magis autē ſanetur. Par uo autē naſo ē· qui ad tenendā mēſurā diſcreti onis idone⁹ nō eſt· naſo quippe odores fetores q; diſcernim⁹· Rcē ergo p naſū diſcrecō exp̄mi tur· p quā virtutes eligimus· delicta reproba⁹· vn̄ ⁊ in laude ſpōſe dr· Naſus tuus ſicut turris q̄ eſt i libano· qꝛ nimiꝝ ſcā ecc̄ia q̄ ex cauſis ſin gulis· temtamēta pͦdeāt· p diſcrecōe; ꝯſpicit · ⁊ ventura vicōrum bella ex alto deprehendit Sed ſunt nōnulli qui dū ſe eſtimari hebetes nolunt. ſepe ſe i quibuſcꝫ inquiſicōib; pl⁹ q̄ꝫ necc̄e eſt ex ercētes· ex nimia ſubtilitate fallunt. Vn̄ hic q̄ꝫ ſubdit. vel grādi vel torto naſo. Naſus etenim grādis ⁊ tortus eſt· diſcrecōnis ſubtilitas īmo derata· que dū plus q̄ꝫ decet excreuerit actionis ſue rectitudinē ipā ꝯfundit. Fracto autē pede vel manu eſt· qui viam dei pergere omnino nō valet · at; a bonis actib; funditus exſors vacat quatinus hoc nō ut claudus ſaltem cum infir mitate teneat· ſed ab hijs omnimodo alienus exiſtat. Gibbus vero eſt quem terrene ſollicī tudinis pondus deprimit· ne vnq̄ꝫ ad ſupna re ſpiciat · ſed ſolis hȳs que infimis calcantur in tendat· qꝛ ⁊ ſi quādo aliquid ex bono patrie ce leſtis audierit· ad hoc nimirū puſe ꝯſuetudis pō dē g̃uat⁹ cordis faciē nō attollit qꝛ cogitacōis

ſtatū erigere non valet·quē terrene vſus ſolli
citudinis curuū tenet. Ex horum quippe ſpecie
pſalmiſta dicit. Incuruatus ſū· et humiliatus
ſum vſqꝫquaqꝫ. Quorū culpam quoqꝫ ꝑ ſemet
ipſam veritas reprobās ait. Semē autē qd in
ſpinis cecidit· hij ſunt qui audierūt verbū ⁊ a
ſollicitudinibus ⁊ diuicijs et voluptatibꝰ vite
euntes ſuffocantur·⁊ nō referūt fructū. Lippꝰ
vero eſt·cuiꝰ quidem ingeniū ad cognicōnem
veritatis emicat·ſed tamē hoc carnalia opera
obſcurant. In lippis quippe oculis pupille ſane
ſunt·ſed humore defluēte infirmātes·palpebre
groſceſcūt·quarū quia infuſione crebro ocul'
atteritur·etiā acies pupille viciatur. Et ſūt nō
nulli quorū ſēſuū carnal' vite opacio ſauciat q̄
vidē recta ſbtilit ꝑ ingeniū poterāt· ſꝫ vſu p̄uo
rū actuū caligāt. Lippꝰ itaqꝫ ē·cuiꝰ ſēſū natuā
exacuit·ſꝫ cōuſacōis prauitas ꝯfūdit. Cui bene
ꝑ angelū dicit Collirio inunge oculos tuos ut
videas. Collirio quippe oculos inungimꝰ ut vi
deamꝰ·cū ad ꝯgnoſcendā veri luminis clarita
tem intellectꝰ noſtri aciem medicamine bone
opacōnis adiuuamus. Albuginē vero habet
in oculo·qui veritatis lucem videre nō ſinitur
quia arrogancia ſapiēcie ſēſū iuſticie cecatur·
Pupilla nāqꝫ oculi nigra videt·albuginem to
lerās nichil videt·quia videlicꝫ ſēſus humane

cogitacõis· ſi ſtultū· ſe peccõremq; intelligi· con
templacõnem intime claritatis apprehendit. Si
aūt candorem ſibi iuſticie ſeu ſapientie tribuit
a luce ſe ſuperne contemplacõnis excludit· et eo
claritatem vei luminis nequaꝙ̄ penetrat· quo
ſe apud ſe ꝑ arrogantiam exaltat· ſicut dequi
buſdam dicitur. Dicētes enim ſe eſſe ſapiētes
ſtulti facti ſunt· Jugem vero hab; ſcabiem. cui
carnis petulantia· ſine ceſſacõne dñatur. In ſca
bie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur
per quā recte luxuria deſignatur· quia ſi cordis
temptatio vſq; ad opationem proſilit nimirū
feruor intim⁹ vſq; ad cutis ſcabiem prorūpit.
Et foras iam corp⁹ ſauciat· quia dū in cogitacõ
ne voluptas non reprimitur · etiam in actione
dominatur· quaſi enim cutis prurigimem paul⁹
curabat abſtergere · cum dicebat. Tempta
cio vos non apprehendat niſi humana. Ac ſi a
perte diceret. Humanū quidem eſt in corde tēp
tacõem perpeti· demoniacū vero eſt. tēptacionis
certamine. et in operacõe ſuperari. Inpetiginē
quoq; habet in corpe. ſi quis auaritia vaſtatur
in mēte. Que ſi in puis nō cõpeſcitur. nimirū ſine
mēſura dilatatur. Inpetigo quippe ſine dolorē cor
pus occupat. et abſq; occupati tedio excreſcēs
mēbrorū decorem fedat. que et auaricia capti ani
mū dum quaſi delectat exulcerat vnū adipiſcenda

qu̅e q; cogitacõni obicit. et ad inimicicias acce̅ditur a dolore̅ in vulnere non facit quia eſtuanti animo ex culpa habundanciam ꝑmittit. Sed de co2 mẽbrorum ꝑditur. qꝛ aliarũ quoq; virtutũ ꝑ hanc pulchritudo depravatur. et quaſi totũ corp9 exaſpat. quia ꝑ vniuerſa vicia animã ſubplãtat Paulo atteſtãte qui ait: radix omniũ malorũ eſt cupiditas. Põderoſus vero eſt. q̄ turpitudinẽ nõ exercet ope. ſed tamen ab hac cogitacõne ꝯtinua. ſine moderacõe grauatur in mẽte. Qui nequaq̄ quidem vſq; ad opus nepharium rapitur. ſed eius anim9 voluptate luxurie ſine vllo repugnacõis ſtimulo delectatur. Viciũ quippe eſt ponderis. cũ humor viſcez ad vitilia labitur. que profecto cũ moleſtia dedecoris intumeſcunt. Põderoſus ergo eſt. qui totis cogitacõnib; ad laſciuiã defluens pond9 turpitudinis geſtat in corde. Et q̄uis praua non exerceat ope ab hiis tamẽ non euellitur mente. nec ad vſum boni opis in aperto valet aſſurgere. qꝛ grauat hũc in abditis põdus turpe. Quiſquis ergo quolibet horũ vicõ ſubicit̃ panes dño offerre prohibet̃. ne profecto diluere aliena delicta nõ valeat is quẽ adhuc ꝓpria deuaſtãt. qꝛ ergo paucis ad paſtorale magiſteriũ dignus qualit̃ veniat atq; hoc indign9 q̄liter ptimeſcat oſtendimus nũc is q̄ ad illud digne ꝑuenerit

in eo qualiter viuē debeat demōſtremus.
Js q̄ ad regiminis ordinē puenerit. q̄lem ſe in ipō regimine debeat exhibere. Cap.12.

T Antū deb; actōne; ppl'i actio traſcendē ꝑ ſu lis. quātū diſtaē ſol; a grege vita paſtoris Oportet namq; ut metiri ſe ſollicite ſtudeat q̄nta tenēde rcitudinis neceſſitudie ɔſtrigit. ſb cui⁹ eſtimacōe ppl's grex vocat. Sic ḡ nec̄e eſt cogitacōe mūdus actione pꝛecipu⁹. diſcret⁹ in ſilētio. vtil' in v̄bo; ſingulis ɔpaſſione pxim⁹. p̄ cūctis ɔtemplacōe ſuſpēſus. bn̄ agētib; p humi litatē ſoci⁹. ɔtra delinquētiū vicia p zelū iuſtici e erect⁹; internoꝝ curā in exterioꝝ occupacōe nō minuēs. exterioꝝ puidēciā in iternoꝝ ſollici tudie nō relinquēs. S; hec q̄ breuit̄ enumerādo pſtrinxim⁹. paulo laci⁹ replicādo diſſeram⁹.

Vt rector cogitacōne ſit mūdus. Cap.13.

R Ector ſēp cogitacōne ſic mūdus. q̄tin⁹ nul la hūc immūdicia polluat. qui hoc ſuſcipit officiū. vt in alieis quoq; cordib; pollucōis ma culas tergat. q2 neceſſe eſt ut eē mūda ſtudeat manus. q̄ diluere ſordes curat alienas ne tacta queq; deterius inquinet ſi ſordida inſequēs. lu tum tenet. Hic namq; p pphetā dicitur. Mun damini qui fertis vaſa dn̄i. Dn̄i eteni vaſa ferūt q̄ pximoꝝ aīas ad itna ſacr̄ia pducēdas i ſue ɔūſacōis fide ſuſcipiūt. Aput ſemetipōs ḡ q̄ntū

debeant mūdari cōſpiciant· qui ad eternitatis
templum vaſa viuēcia in ſinu ꝓprie ſponſionis
portant. Hinc naq; diuina voce precipit̄. vt in
aaron pectore racōnale iudicij vittis ligātibus
imp̄matur: quatin⁹ ſacerdotale cor nequaꝗ̄ co
gitacōnes fluxe poſſideāt· ſꝫ racō ſola ꝯſtringat
Nec indiſcretū quid vel inutile cogitet. qui ad
exēplum alijs cōſtitutus ex grauitate vite ſem
per debet oſtendē: quātam in pectore racionem
portet. In quo etiā racōnali vigilāter adiūgit̄
vt duodecim patriarcharū nomina deſcribant̄
Aſſcriptos etenim patres ſemꝑ in pectoē ferre
eſt: antiquorū vitam ſine intermiſſione cogita
re. Nam tūc ſacerdos irreprehēſibilit̄ graditur
cū exempla patrū precedenciū indefinēter intu
etur cū ſanctorū veſtigia ſine ceſſacōne ꝯſiderat
et cogitacōnes illicitas deprimit· ne extra ordi
nis limitē opis pedem tendat. Et bene etiā ra
cionale iudicij vocat̄· quia debet rector ſbtil; ſē
per examine bona malaq; diſcernē. et que vel q̄
bus· quādo vel qualiter cōgruant· ſtudioſe co
gitare: nichilq; ꝓpriū querere· ſꝫ ſua ꝯmoda ꝓ
pinquorū bona deputare. Vnde illic ſcriptū eſt
Pones autē in racionale iudicij doctrinā et ve
ritatem· que erūt in pectore aaron quādo ingre
ditur corā dn̄o: et geſtabit iudiciū filiorū iſrael
in pectore ſuo· in ꝯſpectu dn̄i ſemper. Sacerdotē

quippe iudicium filiorum iſrael in pectore coram dñi cōſpectu geſtare ē:ſubiectorum cauſā ꝑ ſola inferni iudicis intencōe diſcutere·ut nl ſe ei huā nitatis āmiſceat· in hoc qđ diuina ꝯpoſitus vi ce diſpenſat:nec cor rectoris ſtudia priuat⁹ do lor exaſperet· Cūqȝ ꝯtra aliena vicia emulator oñditur·q̄ ſua ſūt exequatur·ne trāquillitatem iudiciī aut latēs inuidia maculet:aut preceps ira pturbet·ſ dum ꝯſideratur terror eius qui ſup oīa preſidet·videlicȝ iudicis interni:nō ſine ma gno regantur timore ſubiecti· Qui nimirū timor dum mentē rectoris humiliat purgat·ne hāc aut preſūpcō ſpūs leuet·aut carnis delectacio inquinet:aut per terrenarum rerum cupidinem im portunitas pollute cogitacōnis obſcuret· Qui tamen non pulſare rectoris animum neque unt ſed feſtinare neceſſe eſt· vt repugnacōne vincantur·ne vicium quod per ſuggeſtionem temptat· mollicie delectacōnis ſubigat· cum qȝ hec ab animo tarde repellitur mucrone con ſenſus occīdat·

Vt rector ſit ſemper operacōne pre cipuus· Cap·ix.

Sit rector opera tione precipuus· vite viam ſubditis vi uendo denunciet· vt grex qui paſtoris vocem moresqȝ ſequitur· per exempla melius q̄ꝑ per verba gradiatur· Qui enim loci ſui neceſſitate

no

exigitur ſuma dicere. Hoc eadē neceſſitate ɔpel
litur ſūma monſtrare. Illa nāqȝ vox libencius
auditorū cor penetrat. quā dicētis vita cōmen
datꝫqȝ qd loquēdo impat. oſtendendo adiuuat
ut fiat. ¶ Hinc etenim per ꝓphetam dicit. Su-
per montē excelſum aſcende tu qui euāgelizas
ſyon. vt videlicet quí celeſti predicacōe vtitur
ima iā terrenoꝝ operum deſerens. in reꝝ culmi
ne ſtare videatur. tātoqȝ facilius ſubditos ad
meliora ptrahat. quāto per vite meritū de ſup
nis clamat. Hinc diuina lege armū ſacerdos in
ſacrificiū a dextrū accipit et ſepatūꝫ ut non ſo
lū ſit eius opacō vtilis. ſ; etiā ſingularis. nec in
ter malos tantūmodo que recta ſūt faciat. ſed
bene quoqȝ opantes ſbditos. ſicut honore ordi
nis ſupat. ita etiā moꝝ virtute trāſcēdat. Cui
i eſu quoqȝ pectuſculū cum armo tribiuturꝫ ut
qd de ſacrificō precipitur ſumere. hoc de ſemet
ipſo auctori diſcat immolare. vt nō ſolū pecto
re q̄ recta ſūt cogitet. ſ; ſpectatores ſuos ad ſub
limia armo opis inuitet. Nulla preſentis vite
appetat. nulla ptimeſcat. blandimēta mundi
reſpectu intimi terroris deſpiciat. terrores autē
ɔſiderato interne dulcedinis blādimēto cōtēp
nat. Vn̄ superne quoqȝ vocis impeio. in vtroqȝ
humero Sacerdos reuelamine ſup humeralis
aſtringitur. ut ɔtra aduerſa ac proſpeā virtutū

ſemp ornamēto muniatur·quatin⁹ iuxta pauli
vocē per arma iuſticie a dextris ſiniſtriſq; ḡdi
ens·cū ad ſola q̄ anteriora ſūt nititur·i nullo de
lectacōnis infime latē flectatur·Nō hunc pſpa
eleuēt·nec adūſa pturbent·Nō blāda vſq ad
voluptatē demulceāt·nō aſpa ad deſperacōnem
premāt·ut dum nullis paſſiomb; intencōnem
mētis humiliat quāta in vtroq; huēro ſup hu
meral pulchrtudine tergatur oſtendat· Quod
recte etiā ſup humerale ex auro·iacincto ·pur
pura·biſtincto·cocco·a tortabiſſo fieri precipi
tur·ut qūta ſacerdos clareſcere virtutū diuerſi
tate debeat demonſtret·In ſacerdotis q̄ppe ha
bitu añ oia aurū fulget·ut in eo itellect⁹ ſapie
pncipalit emicet · Cui iacinct⁹ qui aereo colo
re reſplendet·adiūgitur·vt p omne q intelligē
do penetrat·nō ad fauores infimos ſ ad amo
rē celeſtiū ſurgat·ne dū ſuis incaut⁹ laudibus
capitur ipſo etiā veritatis intellectu vacuetur
Auro quoq; atq; iacincto purpura pmiſcet·vt
videlic; ſacerdotale cor cum ſūma que predicat
ſperat in ſemetipſo etiam ſuggeſtiones vicio
rum reprimat·eiſq; velut ex regia poteſtate cō
tradicat·quatinus nobilitatem ſemper intime
regenracōis aſpiciat· a celeſtis regni ſibi ha
bitaculum moribus defendat· De hac quippe
nobilitate ſpiritus·per Petrum dicitur· Vos

p auro
iacinct⁹
purpura

autē genus electū: regale ſacerdocium. De hac
quippe poteſtate qua vicia ſubicim⁹ Johānis
voce roboramur. qui ait. Quotquot aūt recepe-
rūt eū: dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Hanc
dignitatē fortitudinis. pſalmiſta ꝯſiderāt dicēs
Michi autē nimis honorificati ſunt amici tui de
us. nimis ꝯfortatus eſt principatus eoꝝ: quia
nimirū ſāctorum mens principaliter in ſūmis
erigitur. etiā cum exterius ꝑpeti abiecta cernū
tur. Auro autem iacincto ac purpe biſtinctus
coctus adiungitur: ut añ intimi iudicis oculos
omnia virtutum bona ex caritate decorentur. ꝯ
cūcta que corā hominibꝫ rutilāt: hec in ꝯſpectu
occulti arbitri. flāma intimi amoris accendat.
Qui ſcilicꝫ caritas. que dn̄m ſimul ac ꝓximum
diligit. quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit. Qui
igitᷣ ſic ad auctoris ſpeciē anhelat. vt ꝓximoꝝ
curā negligat. vel ſic proximoꝝ curam exequi
tur: ut a diuino amore torpeſcat. quia vnū hoꝝ
quodlibet negligit. in ſuphumeral' ornamēto
habere coctū biſtinctū neſcit. Sed cū mens ad
precepta caritatis tenditur: reſtat ꝓcul dubio
vt ꝑ abſtinēciā caro maceretur. Vnde et biſtin
cta cocco tortabiſſus adiungitᷣ. De terra eteni
biſſus intēti ſpecie oritur. Et quid ꝑ biſſum niſi
candēs decore mūdicie corporalis caſtitas deſig
natᷣ. Qui videlicꝫ certa pulchritudi ſuphumeral'

innectitur. q2 tunc caſtimonia ad perfectū mun
diciae candorem ducitur. cum per abſtinentiā ca
ro fatigatur. Cumq3 inter virtutes ceteras eti
am afflicte carnis meritū pficit. quaſi in diuer
ſa ſuphumeral' ſpecie byſſus torta cādeſcit.

Ut ſit rcōr diſcret9 in ſilencō. vtil' in vbo. C. 17. 15.

Sit rector diſcretus in ſilencō. vtilis in verbo
ne aut tacenda proferat. aut proferenda
reticeſcat. Nam ſicut incauta locucō in errorē
pertrahit. ita indiſcretum ſilentium hos qui
erudiri poterant in errore derelinquit. Sepe
namq3 rectores iprouidi humanam amittere
gratiam formidantes. loqui libere recta perti
meſcunt. et iuxta veritatis vocem. nequaq̄ iā
gregis cuſtodie paſtorum ſtudio. ſed mercen
nariorum vice deſeruiunt. quia veniente lupo
fugiunt: dum ſe ſub ſilētio abſcondunt. Hinc
namq3 eos per pphetam domin9 increpat di
cens. Canes muti non valentes latrare. Hinc
rurſū queritur dicens. Non aſcendiſtis ex ad
uerſo. neq3 oppoſuiſtis vos murum pro domo
iſrael. ut ſtaretis in prelio in die domini. Ex ad
uerſo quippe aſcendere eſt. pro defenſione gre
gis voce libera huius mūdi poteſtatib3 ɔtra ire
Et i die dn̄i in prelio ſtare ē. ꝑuis decertātib3 ex
iuſticie amore reſiſtere. Paſtori eni rcā timuiſſe
dicere q̄d eſt aliud q̄ tacendo terga prebuiſſe

Qui nimirũ ſi pro grege ſe obiciat murũ pro do
mo iſrł hoſtibꝫ opponit. Hinc rurſũ delinquẽti
populo dicitur Prophete tui viderũt tibi falſa
et ſtulta: nec aperiebãt iniquitatẽ tuam vt te
ad penitẽciam ꝓuocarent. Propħe q̃ppe in ſa
cro eloquio. nõnũq̃ doctores vocãtur. Qui dũ
fugitiua preſẽcia eſſe iudicãt. que ſũt ventura
manifeſtãt. Quos dũ im⁹ ſermo falſa videre re
darguũt. quia dum corripere culpas metuũt in
caſſum delinquẽtib⁹ promiſſa ſecuritate blãdi
untur. Qui iniquitatẽ peccãcium nequaq̃ aperi
unt. quĩ ab increpacõnis voce cõticeſcunt. Cla
uis quippe apercõnis eſt ſermo correpcõnis: q
increpãdo culpam detegit. q̃ ſepe neſcit ipſe eti
am qui ꝑpetrauit. Hinc paul⁹ ait. Vt potẽs ſit
⁊ exhortari in doctrina ſana: ⁊ eos qui cõtradi
cũt redarguere. Hinc ꝑ malachiã dicit̃. Labi
a ſacerdotis cuſtodiũt ſcienciã. ⁊ legẽ requirẽt
ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ ẽ. Hic
ꝑ yſaiam dñs ãmonet dicens. Clama ne ceſſes
ſicut tuba exalta vocẽ tuã. Preconis quippe of
ficium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdociũ accedit:
vt ãte aduẽtũ iudicis qui terribilit̃ ſequit̃. ⁊ ip
ſe ſcilicꝫ clamãdo gradiatur. Sacerdos ergo ſi
predicacõis eſt neſcius. q̃ clamoris vocẽ datu
rus eſt preco mutus. Hinc ẽ enim q̃ ſup paſto
res primos in linguarũ ſpecie ſpũs ſãct⁹ incedit

quia nimiū quos repleuerit de ſe protinus lo
quentes facit. Hinc moyſi precipitur vt taber
naculū ſacerdos ingrediēs tintinnabulis am
biatur. vt videlicȝ voces predicacōnis habeat
neȝ ſupni aſpectoris iudiciū ex ſilencō offendat
Scriptū quippe ē. Audiat ſonitus quādo ingre
ditur et egreditur ſāctuariū in cōſpectu domini
et nō moriat'. Sacerdos nāqȝ ingrediēs vl' egre
diēs morit'. ſi de eo ſonit9 nō auditur. qr irā cō
tra ſe occultī iudicis exigit. ſi ſine p̄dicacōis ſo
nitu incedit. Apte aūt tintinabula veſtimētis
illi9 deſcribūtur inſerta. Veſtimēta eteni ſacer
dotis quid aliud qȝ recta opa debem9 accipe. p
pheta atteſtāte q̄ ait. Sacerdotes tui induātur
iuſticia. Veſtimētis itaqȝ illi9 tintinnabula ihe
rēt vt vite viā cū lingue ſonitu. ipa quoqȝ opa
ſacerdotis clamēt. Sȝ cū rector ſe ad loquēdum
preparet. ſub quāto cautele ſtudio loquat' at
tendat. ne ſi inordinate ad loquēdum rapitur
erroris vulnere audienciū corda feriantur.
Et cum fortaſſe ſapiens videri deſiderat vnitatis
cōpagem inſipienter abſcidat. Hinc namqȝ ve
ritas dicit. Habete ſal in vobis: et pacem habe
te inter vos. Per ſal quippe. verbi ſapienciā
deſignatur. Qui igitur loqui ſapienter nititur.
magnopere metuat. ne eius eloquio audien
cium vnitas confundatur. Hinc paulus ait.

Non plus ſape quã oportet ſapere· ſ; ſapere ad
ſobrietatem. Hinc in ſacerdotis veſte iuxta di
uinã vocem tintinabul' malapunica cõiũgunt'   Malapunica
Quid enim p malapunica niſi fidei vnitas deſi-
gnatur· Nã ſicut in malopunico vna exterius
cortice· multa interius grña vniuntur· ſic innu-
meros ſãcte eccleſie populos vnitas fidei conte
git quos intus diuerſitas meritorũ tenet. Ne
igitur rector incautus ad loquendũ ꝓruat. hoc
qd iam premiſimꝰ. p ſemetipſam diſcipul' veri
tas clamat. Habete ſal in vob' ⁊ pacem habe
te inter vos· ac ſi figurate p habitũ ſacerdotũ
dicat Malapunica tintinabul' iungite: ut per
omne qd dicitis. ꝓuida mẽte vnitatẽ fidei cau-
ta obſeruacõne teneatis. Prouidendum quoq;
eſt ſollicita intencõe rectoribꝫ· vt ab eis non ſo
lum praua nullo modo· ſ; ne recta quidẽ nimie
⁊ inordinate ꝓferãtur: quia ſepe dictorũ virtꝰ
perditur. cũ apud corda audienciũ loquacitas
incauta importunitate leuigat'· ⁊ auctorẽ ſuum
hec eadẽ loquacitas inquinat· q̃ ſeruire audito
ribus ad vſũ profectus ignorat. Unde bene per
moyſen dicit'. Vir q̃ fluxũ ſeminis patitur im
mũdus erit. In mẽte quippe audienciũ ſemen ſe
cuture cogitacõis eſt audite qualitas locucõis
quia dũ p aurem ſermo cõcipit' cogitacõ in mẽ
te generat'. Vñ ⁊ ab huiꝰ mũdi ſapientibus

predicator egregius ſemiverbius eſt vocatus Qui ergo fluxum ſemiuis ſuſtinet immundus aſſerit. quia multiloquio ſubditus. ex eo ſe in quinat quod ſi ordinate promerat prolem re cte cogitacōnis edere in audiencium corde po tuiſſet. Dumq; incautus per loquacitatem dif fluit. nō ad vſum generis. ſed ad immundici am ſemen fundit. Vnde paulus quoq; cum diſcipulum de inſtancia predicacōnis āmonet adiunxit dicēs. teſtificor corām deo et xpō ihū. q̄ iudicaturus ē viuos et mortuos et aduētū ipſius et regnū eius predica v̓bum iſta oportune impor tune. dicturus importune p̄miſit oportune. q̄r .ſ. apud auditoris mentem. ipſa ſua vilitate ſe de ſtruit. ſi habē iportunitas oportunitatē neſcit.

¶ Vt ſit rector ſingulis compaſſione proximus preacunctis ɔtemplacōne Cap. 16.

Sit rector ſingulis i cōpaſſione ꝓximus. ſit p̄ cūctis ɔtemplacōe ſuſpēſus. et ut ꝑpietatis viſcera in ſe infirmitatē ceterorum tranferat. et per ſpeculacōnis altitudinē. ſemetipſū quoq; inui ſibilia appetendo tranſcendat ne aut alta petēs proximorum infirma deſpiciat. aut infirmitati bus proximorum congruens. appetere alta derelinquat. Hinc eſt nāq; q̄ paulus in padiſū ducit. celiq; ſecreta ꝑcū rimat. et tamen illam inuiſibiliū contemplacōe ſuſpenſā ad cubile

carnaliũ mentis aciẽ reuocat: atq; in occultis
ſuis qualiter debeãt ↄuerſari diſpenſat dicens
Propter fornicacões autẽ vnuſquiſq; ſuã vx
orẽ habeat: et vnaqueq; ſuũ virũ habeat. et vx
ori vir debitũ reddat. ſimiliter et vxor viro. Et
paulo poſt. Nolite fraudari inuicẽ. niſi forte ad
temp⁹ vt vacetis oracõni: et iterũ reuertimini
in idipſũ. Ecce iã celeſtib; ſecretis inſeritur. et ta
men p ↄdeſcẽcõnis viſcera carnalium cubile p
ſcrutatur. Et quẽ ſubleuatus ad inuiſibilia eri
git: hunc miſerat⁹ ad ſecreta infirmãciũ ocu
lum cordis flectit. Celũ ↄtemplacõne trãſendit
nec tñ ſtratũ carnalium ſollicitudine deſerit qr
ↄpage caritatis ſũmis ſimul et infimis iũctus et
in ſemetipſo v̉tute ſpũs ad alta valẽt rapit et
pietate i alijs eq̃nimit' iſirmat'. Hic eteni dicit
Quis infirmatur: et ego nõ infirmor. Quis ſcã
dalizatur. et ego non vror. Hinc rurſus ait. Fa
ctus ſũ iudeis tanq̃ videns. Qd videlicz exhibe
bat nõ amittendo fidẽ ſ; oſtendendo pietatẽ: ut
in ſe pſonam infidelium trãſfigerãs. ex ſemetip
ſo diſcẽt: qualit' alijs miſereri debuiſſet q̃tinu'
hoc illis impenderet. qd ſibi ipẽ ſi ita eſſet impẽ
di recte voluiſſet. Hinc iterũ dicit'. Siue mente
excedim⁹ deo: ſiue ſobrij ſumus nob. qr et ſemet
ipſũ nouerat ↄtemplãdo trãſſendere. et eũdem
ſe auditoribus ↄdeſcendẽdo temꝑare. Hic iacob

dſio deſup imitēte ⁊ vncto dorſū lapide aſcēdētes ac deſcēdētes angelos videt· quia .ſ. predicato res recti non ſolum ſurſum ſanctum caput ec cleſie videlicet dominū cōtemplando appetunt ſed deorſum quoqꝫ ad menbra illius miſerādo deſcendunt. Hinc moyſes crebro tabnaculū in trat ⁊ exit· ⁊ q̄ intꝰ i cōtēplatione rapitur· foris infirmātium negocijs vrgeť. Intus dei archa na conſiderat. foris onerā carnalium portat. Qui de rebus quoqꝫ dubijs · ſemper ad tabernacu lum recurrit · corā teſtamenti archa dnm con ſulit. exemplum proculdubio rectoribꝫ prebēs· ut cum foris ambigunt q̄d diſponant· ad mentem ſemper q̄ſi ad tabernaculū redeāt· ⁊ velut coraꝫ teſtamēti archa dnm cōſulāt· ſi de hijs in quibꝫ dubitant· apud ſemetipōs intus ſacri eloquij paginas requirant. Hinc ipſa veritas per ſuſ cepcōnem nobis noſtre humanitatis oñſam in mōte orōni inhereret miracula in vrbibus ex ercet· imitacōis videlicet viā bonis rectoribus ſternēs· ut ſi iam ſūma cōtemplādo appetūt· ne ceſſitatibus tn̄ infirmantium cōpatiendo miſce antur: q꜖ tunc ad alta caritatis mirabiliter ſur git· cum ad ima proximorū ſe miſericorditer at trahit. Et q̄d benigne deſcendit ad infima · va lenter recurrit ad ſūma. Tales autem ſeſe qui preſūt exhibeāt· qꝫ ſbiecti occulta q̄ꝫ ſua pdē

non erubeſcant: vt cum temptacōnum fluctus
p̄uuli tolerāt ad paſtoris mētem quaſi ad ma
tris ſinū recurrāt. Et hoc qđ ſe inquinari pulſā
tis culpe ſordibus preuidēt: exhortacōis eius ſo
lacio ac lacrimis oracōnis lauent. Vnde et an
te fores tēpli ad abluendas ingredientium ma
nus: mare eneū id ē luterem duodecim boues
portāt. Qui quidē facie exterius eminēt. ſ; ex po
ſterioribꝫ latent. Quid nāqꝫ p duodecim bobus
niſi vniuſus paſtorū ordo ſignat. de quibꝫ pau
lo diſſerente lex dicit. non obturabis os bouis
triturātis. Quoꝝ quidem nos apta opera cerni
mus. ſ; apud diſtrictū iudicem. que illos poſte
rius maneant in occulta retribucōe neſcimus
Qui tamē cū cōdeſcencōis ſue pacienciā diluen
dis proximorū cōfeſſionibus prepant. velut an
te fores templi luterē portāt: vt quiſquis intra
re eternitatis ianuā nititur. tēptacōnes ſuas mē
ti paſtoris indicet: et quaſi in bouum luterē cogita
cionis vel opis manus lauet. Et fit plerūqꝫ vt
dū rectoris animus aliena tēptamenta cōdeſcē
dendo ꝯgnoſcit. auditis etiā temptacōnibꝫ ipſe
pulſetur: qꝛ et hec eadem p quā populi multitu
do diluitur. a qua procul dubio luteis inquinať
Nā dū ſordes diluenciū ſuſcipit: quaſi ſue mun
dicie ſerenitatem pdit. Sed hec nequaq̄ paſto
ri timenda ſūt: quia deo ſubtiliter cūcta pēſāte

tãto facili⁹ a sua eripit̃. qñto misericordi⁹ ex a
liena tẽptacõne fatigatur. ¶ Vt sit rcõr be
ne agẽtibꝫ p humilitatẽ soci⁹ ↄtra delinquẽ
tiũ vicia p zelũ iusticie erectus. Cap. IX.

Sit rector bene agentibus p humilitatẽ so
cius ↄtra delinquẽtium vitia p zelum iusti
cie erectus. ut a bonis in nullo se preferat. et
cum prauorum culpa exigit. potestatem ꝓtin⁹
sui prioratus agnoscat ꝛ quatin⁹ a honore sub
presso equalem se subditis bene viuentibus de
putet. a erga peruersos iura rectitudinis. non ex
ercere formidet. Nã sicut in libris moralibꝫ dix
isse me memini. liquet quod oẽs hoies natuã
eq̃les genuit ꝛ ſ; variãte meritoꝝ ordine. alios
aliis culpa postponit. Ipsa autem diuersitas q̃
accessit ex vitio diuino iudicõ dispensatur. vt
quia omnis homo eque stare non valet. alter
regatur ab altero. Vnde cũcti q̃ presũt nõ in se
potestatem debent ordinis. sed equalitatem pẽ
sare cõdicõnis. Nec preesse se hominibꝫ gaude
ant. sed prodesse. Antiqui etenim patres nr̃i. nõ
reges hominũ. ſ; pastores pecoꝝ fuisse memorã
tur. Et cum dñs noe filiisq; ei⁹ dicẽt. crescite et
multiplicamini. a replete terrã. ꝓtin⁹ adiunxit.
Et terror vester a tremor. sit super cũcta anima
lia terre. Quorum videlicet terror ac tremor.
q; eẽ sup aialia terre precipit̃. ꝓfecto sup hoies

eſſe prohibetur. Homo quippe animalib9 bru
tis nō autē hominib; ceteris natura prelatus ē
ꝛ idcirco ei dicit̄. vt ab aialib; ꝛ nō ab homine
timeatur. qꝛ cōtra naturā ſuperbiē eſt: ab equa
li velle timeri. Et tñ neceſſe vt rectores a ſubdi
tis timeātur quādo ab eis dñi minime timeri de
prehēdūt. vt humana ſaltem formidine pecca
re metuāt. q̄ diuina iudicia non formidāt. Neq̄-
q̄ nāq; prepoſiti. ex hoc queſito timore ſuperbi
unt: in quo nō ſuam gloriā. ſ; ſubditorū iuſtici
am querūt. In eo enim qd metū ſibi a peruerſe
viuentibus exigūt. quaſi nō hominib;. ſed ani
malibus dominātur. quia videlicet ex qua parte
beſtiales ſūt ſubditi. ex ea debent etiā formidini
iaceri ſubſtrati. Sed plerūq; rector eo ipō quo
ceteris p̄eminet. elacōe cogitacōnis intumeſcit
ꝛ dū ad vſum cuncta ſubiacent. dū ad votum
velociter iuſſa ꝯplentur dū omnes ſubditi. ſi q̄
bene geſta ſunt laudibus efferūt. male aūt ge
ſtis nulla auctoritate cōtradicunt: ꝛ dum plerū
q; laudant etiā qd reprobaē debuerāt ſeduct9
ab hijs q̄ infra ſuppetūt: ſup ſe anim9 tollitur
ꝛ dum foras immenſo fauore circūdat̄ intus
veritate vacuat̄: atq; oblitus ſui. innocens ſe ſpar
git alienas. talemq; ſe credit qualē ſe foris au
dit. nō qualē intus diſcernē debuit. Subiectos
deſpicit. eoſq; equales ſibi natuē ordine non

agnoſcit· et quos ſorte poteſtatis exceſſerit· trã
ſcendiſſe ſe etiã vite meritis credit. Cũctis ſe ex
iſtimat ãplius ſape· quibꝫ ſe vidꝫ ãplius poſſe
In quodã ſe quippe cõſtituit culmine apud ſe
metipſum· qui equa ceteris nature ↄdicõne cõ
ſtringitur: ex quo reſpicere ceteros dedigna
tur. Sic ꝙ vſqꝫ ad eius ſimilitudinẽ ducitur· de
quo ſcriptũ eſt omne ſublime vidit. Et ipẽ eſt
rex ſup vniuerſos filios ſupbie. Qui ſingulare
culmẽ appetens et ſocialem vitã ãgelorũ deſpi
ciens· ait· Ponã ſedem meã ad aquilonem et ero
ſimil' altiſſimo. Miro ergo iudicio intus foueã
deiectionis inuenit dũ foris ſe ĩ culmine poteſta
tis extollit Apoſtate quippe angelo ſimil' effici
tur· dum homo hoibus eſſe ſimilis dedignatur
Sic ſaul poſt humilitatis meritum: in tumorẽ
ſuperbie culmine poteſtatis excreuit. Per hu
militatem quippe prelatus eſt· per ſuperbiam
reprobatus· domino atteſtante qui ait. Nõne
cũ eſſes paruulus in oculis tuis· caput te con
ſtitui in tribubꝫ iſrael Paruulũ ſe in ſuis prius
oculis uiderat· ſed fultus tempali potencia· iam
ſe puulum non videbat. Ceterorum nãqꝫ ↄpacõi
ſe preferẽs· qꝛ plus cunctis poteãt· magnũ ſe p̃
oibꝫ eſtimabat. Miro aũt mõ cũ apud ſe puu
lꝰ· apud dñm magnꝰ· cũ vero apud ſe magnꝰ
apparuit· apud dñm puulũ fuit. Plerũqꝫ g̃ dũ

ex ſubiectoꝝ affluencia animus inflatꝫ in luxū ſupbie ipſo potencie faſtigio lenocināte corrū pitur. Quā videlicꝫ potēciam bene regit: qui et tenē illam nouerit. et impugnare. Bn̄ hāc regit qui ſcīt p illam ſup culpas erigi. ſcit cū illa cete ris equaliter ↄponi. Humana eteni mens pleꝝ qꝫ extollitur. etiam cū nulla poteſtate fulcitur quanto magis in altum ſe erigit. cū ſe ei etiā po teſtas adiūgitur. Quā tamen poteſtatem recte diſpēſat. q̄ ſollicite nouerit: et ſumere ex illa qꝫ adiuuat. et expugnare qᷓ temptat: et equalem ſecū illa ceteris cernere et tn̄ ſe peccātis zelo ulci oīs anteferre. Sed hāc diſcrecōem plenius agnoſcim⁹: ſi paſtoris primi exēpla cernamus Petrus nāqꝫ auctore deo ſācte ecc̄ie principa tū tenēs. a bn̄ agente cornelio. et ſeſe ei humilit̄ proſternēte immoderacius venerari recuſauit ſeqꝫ illi ſimilem recognouit dicēs. ſurge ne fece ris. et ego ipſe homo ſū. Sed cū ananie et ſaphi re culpā repperit mox quāta potencia ſup cete ros excreuiſſet oſtendit. Verbo nāqꝫ eoꝝ vitā ꝑculit. quā ſpiritu pſcrutante deprehendit. Et ſūmū ſe intra eccleſiā ↄtra peccata recoluit: qᷓ honore ſibi vehemēter impenſo coram bn̄ agē tibus fratribus nō agnouit. Illic cōmunionē equalitatis meruit ſanctitas actionis. hic zel⁹ vlcōnis vis aperuit poteſtatis. Paul⁹ bene

agētibꝫ fratribꝫ prelatū ſe eſſe neſciebat cū dī
cēt. non qꝛ dn̄amur fidei noſtre. ſ; adiutores ſu
mus gaudij nr̄i. Atꝫ illico adiūxerit: fide enim
ſtatis. Ac ſi id qđ ptulerat aperiret dicēs. Ideo
nō dn̄amur fidei nr̄e: qꝛ fide ſtatis. Equales enim
uobiſcū ſumus. in q° vos ſtare ɔgnoſcim⁹ Qua
ſi platū ſe frībus eē neſciebat cū dicēt. facti ſu
mus ut puuli in medio vr̄m. q̄ curſū. Nos aūt
ſerui ur̄i. p xp̄m. Sꝫ cū culpā q̄ corrigi debuiſſet
inuenit illico magiſtrū ſe eē recoluit dicēs. Qđ
vultis i virga veniā ad vos. Sūm⁹ itaqꝫ locus
bn̄ regit. cū is q̄ preē. vicijs poci⁹ q̄ fribꝫ dn̄a
tur. ¶ Sꝫ cū delinquētes ſbditos ppoſiti corrigūt
reſtat neceſſe ē ut ſollicite attēdant. qͣtinus p
diſciplīe debitū culpas quidē iure poteſtatis
feriāt. ſ; p humilitatis cuſtodiā. equales ſeipſ
fratribꝫ qui corrigūtur agnoſcāt. Quāuis plerū
qꝫ etiā dignū ē. vt eoſdē quos corrigim⁹. taci
ta nob cogitacōe pferam⁹. Illoꝝ nāqꝫ p nos vi
cia diſcipline uigore feriūtur. in his vero q̄ ipſi
ɔmittim⁹. n̄ vbi q̄dē ab aliq° inuectōe laceāmur.
Tāto ġ apđ dn̄m obligacōres ſum⁹ qn̄to apđ
hoīes multe peccam⁹. Diſciplia aūt nr̄a ſbditos
diuino iudicō tn̄to liberiores rēddit qn̄to h eoꝝ
culpas ſine vindcā nō deſeit. Seruāda itaqꝫ ē q̄
in corde humilitas. q̄ in ope diſciplīā. atqꝫ int
hec ſollerẗ ītuēdū ē ne dū imodeācī⁹ cuſtoditur

virtus humilitatis. ſoluātur iura regiminis a
dū prelatus quiſqȝ pl⁹ ſe quā decet deicit. ſꝫ di
torū vitam ſtringere ſub diſcipline uinculo nō
poſſit. Teneāt ergo rectores exterius qꝺ pro
alioꝝ vtilitate ſuſcipiūt: ſeruēt interius qꝺ de
ſua eſtimacōne ptimeſcunt. Sꝫ tamē quibuſdā
ſignis decēter erūpētibus. eos apud ſe eſſe hu
miles etiā ſubiecti deprehēdant: quatinus a in
auctoritate eorū quod formidēt videant. a de hu
militate qꝺ imitentur. agnoſcant. Studeant
igitur ſine intermiſſione qui preſūt. vt eorū po
tēcia quāto magna exteri⁹ cernit̄. tāto apud
eos interius deprimatur ne cogitacōnē vincat
ne in delectacōnem ſui animū rapiat: ne iam ſꝫ
ſe mēs eam regere nō poſſit que ſe libidine do
minādi ſubponit. Ne enim preſidēciū animus
ad elacōnem poteſtatis ſue delectacōnem rapi
atur: recte p quēdam ſapientem dicit̄. Ducē te
ꝯſtituerūt. noli extolli: ſed eſto in illis quaſi v
nus ex illis. Hinc etiā petrus ait. Non dominā
tes in clero ſed forma facti gregis. Hinc per ſe
metipſā veritas ad alcioā nos virtutū merita
prouocās dicit Scitis quia reges gēcium domi
nātur eoꝝ. q̄ maiores ſunt poteſtatē exercēt in
eos. Non ita erit inter vos: ſꝫ qui maior volue
rit fieri: ſit veſter miniſter. et qui voluerit inter
vos primus eſſe: erit veſter ſeru⁹. Sicut filius

hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare.
Hinc eſt quod ſeruū ex ſuſcepto regimine elatum.
que poſt ſupplicia maneant indicat dicens. Quod
ſi dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo. moram
facit dominus meus venire et ceperit percutere cō
ſeruos ſuos. mādu cet autem et bibat vſque dum
ebrius ſit. veniet dominus ſerui illius in die qua
non ſperat. et hora quam ignorat. et diuidet eū
partemque eius ponet cum hypocritis. Inter hy
pocritas enim iure deputatur qui ex ſimulacōne
diſcipline miniſterium regiminis vertit in vſū
dominacōnis. Et cum nunquam grauius delinqui
tur: ſi inter peruerſos plus equalitas quam diſci
plina cuſtoditur. Quia enim falſa pietate ſupa
tus ferire heli delinquentes filios noluit: apud
diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filiis cru
deli damnacōne percuſſit. Hinc namque ei diui
na voce dicitur. Honoraſti filios tuos plus quam
me. hinc paſtores increpat per prophetam dicēs
Quod fractum eſt non alligaſti. et quod abiectum
non reduxiſti. Abiectus enim reducitur. cum
quiſque in culpa lapſus. ad ſtatū iuſticie ex paſto
ralis ſollicitudinis vigore reuocatur. Fracturā
vero ligamen aſtringit. cum culpā diſciplina
deprimit: ne plaga vſque ad interitum defluat
ſi hanc diſtrictionis ſeueritas non coartat.
Sed ſepe deterius frangitur cū fractura incaute

colligat̃ · ita vt grauius ſciſſurã ſenciat ſi hãc
immoderacius ligamẽta ↄſtringant. Vnde ne
ceſſe eſt vt cũ peccati vulnus in ſbditis corrigẽ
do ſtringitur· mag̃ ſe ſolicitudine· etiã diſtricti
o ipſa moderetur: quatin⁹ ſic iura diſcipline cõ
tra delinquẽtes exerceat· vt pietatis viſceã nõ
amittat Curandum quippe ẽ: vt rectorẽ ſubdi
tis ⁊ matrẽ pietas· ⁊ patrem exhibeat diſcipli
na. Atq₃ inter hec ſollicita circũſpectione ꝓui
dendũ ne aut diſtrictio rigida: aut pietas ſit re
miſſa. Nam ſicut in libris iã moralib₃ diximus
diſciplina vel miſericordia multũ deſtituitur: ſi
vna ſine altera teneat̃. Sȝ erga ſubiectos ſuos
ineẽ rectoribus debet ⁊ iuſte ↄſulẽs miſericordi
a· ⁊ pie ſeuiẽs diſciplina. Hinc namq₃ ẽ quod
docente veritate ꝑ ſamaritani ſtudiũ· ſemiuiu⁹
in ſtabulũ ducit̃ ⁊ vinũ atq₃ oleum vulnerib₃
eius adhibet̃. vt ꝑ vinum .ſ. mordeantur vulne
ra ⁊ per oleum foueant̃. Neceſſe quippe eſt· vt
quiſquis ſanandis vulneib₃ preẽ in vino mor
ſũ doloris adhibeat: ⁊ in oleo molliciẽ pietatis
quatinus ꝑ vinũ mundẽtur putrida ⁊ per oleũ
ſanãda foueant̃. Miſcenda ẽ lenitas cum ſeue-
ritate faciẽdum quoddã ex vtroq₃ tẽperamẽ
tũ: vt nequaq̃ multa aſperitate exulcerẽt̃ ſbd
ti· neq₃ nimia benignitati ſaluãt̃. Qd iuxta pau
li vocem bñ illa tabernaculi archa ſignificat ·

in qua cū tabulꝭ uirga simꝭ ꝛ manna eſt. quia
tū ſcripture ſacre ſciencia in boni rectoris pectoꝛe ē
ſine v̄ga diſtrictōis. ſit ꝛ māna dulcedis. Hic
dauid ait. Virga tua ꝛ baculꝰ tuꝰ ipa me cōſo
lata ſūt. v̄ga eni p̄cutimur: baculo ſuſtētamur
Si ergo ē diſtrictio virge q̄ feriat. ſit ꝛ ꝯſolatio
baculi q̄ ſuſtēret. ſit itaqȝ amoꝛ ſꝫ nō emolliēs.
ſit uigoꝛ ſꝫ nō exaſpās. ſit zelꝰ ſꝫ nō imoderate
ſeuiēs ſit pietas ſꝫ nō pluſq̄ꝫ expediat parcēs.
ut dū ſe i arce regiminis iuſticia clemēciaqȝ ꝑti
meſcēs. iſqui p̄eeſt corda ſb̄ditoꝝ. ꝛ terrēdo de
mulceat. ꝛ tn̄ ad ꝑoris reuerentiā demulcēdo cō

Vt ſit rector iṫnoꝝ curā exte ſtringat.
rioꝝ occupacōe nō minuēs. exterioꝝ proui
dētiā iterioꝝ ſolitudie nō relinquēs. Cap. 18.

Sit rectoꝛ iṫernoꝝ curā i exterioꝝ occupacō
ne nō minuēs. exteioꝝ prouidēciā i exṫno inṫroꝝ
rū ſollicitudie nō relinquēs. ne ā exteioꝛibȝ de
ditꝰ ab iñmis corruat. ā ſolis interioꝛibȝ occu
patꝰ. q̄ foꝛis debȝ ꝑximis nō impēdat. Sepe nā
qȝ nōnulli velut obliti qđ ꝑ̄ribus aiaꝝ cauſa ꝑ̄
lati ſūt. toto coꝛdis annisu ſecularibȝ curis iſerui
unt. has cū aſſunt ſe agē exultāt ad has etiā
cū deſūt diebȝ ac noctibȝ cogitacōis turbide eſti
bꝰ ābelāt. Cūqȝ ab his ceſſante foꝛſitā oportu
nitate q̄eti ſūt ipa deteriꝰ ſua q̄ete fatigant. vo
luptatē nāqȝ cēſſent. ſi actibȝ dep̄mūtur: laborē

deputāt ſi in terrenis negocīis nō laborāt. Sic
q; fit. vt dū ſe vrgere mūdanis tumultib; gau
dent interna que docere alios debuerāt ignorēt
vn̄ ſubiectorū quoq; ꝑculdubio vita torpeſcit
quia cū proficē ſpiritualiter appetit in exemplo
eius qui ſibi prelatus ē quaſi in obſtaculo itine
ris offendit. Languēte enim capite. menbra in
caſſum vigent: ⁊ in exploratōne hoſtium fru
ſtra exercitus velociter ſequit̄. ſi ab ipſo duce
itineris erratur. Nulla ſb̄ditorum mētes exhor
tatio ſubleuat: eorūq; culpas increpatio nulla
caſtigat. quia dū per animarū preſulem. terrē
ni exercet̄ officium iudicis. a gregis cuſtodia
vacat cura paſtoris et ſubiecti veritatis lumen
apprehendere nequeūt. quia dū paſtorꝝ ſenſus
terrena ſtudia occupāt: vento temptacōis im
pulſus eccleſie oculos puluis cecat. Quo cōtra
recte humani generis redēptor. cum nos a ven
tris voracitate cōpeſceret dicēs. attendite autē
vobis. ut nō grauentur corda vr̄a in crapula ⁊
ebrietate: illico adiūxit. aut in curis huiꝰ vite
Vbi pauorē quoq; protinꝰ intente adiciēs: ne
forte ſuꝑueniat in nos repētina dies illa. Cuiꝰ
aduētus etiā qualitatē denunciat dicens. tan
q̄ꝫ laqueus enī veniet ſup omnes qui ſedent ſu
per faciem orbis terre. Hinc iterū dicit. Nemo
pōt duob; dn̄is ſeruire. Hinc paulꝰ religioſorꝝ

mētes a mūdi cōſorcō ꝯteſtādo ac potiꝰ ꝯueniē
do ſuſpendit dicens. Nemo militans deo iplicat
ſe negociis ſecularibus: vt ei placeat cui ſe pro
bauit. Hinc eccl'ie rectoribus et vacandi ſtudia
precipit. et ꝯſuleudi remedia oſtendit dicens.
Secularia igitur iudicia ſi habueritis. ꝯtemptī
biles qui ſūt in eccl'ia illos cōſtituite ad iudicā
dum. vt ipſi videlicet diſpenſacōibus terrenis
inſeruiant. quos dona ſpiritualia nō exornant
Ac ſi apte dicat Quia penetrare intima nequnt
ſaltē neceſſaria foris operentur. Hinc moyſes q̄
cum dn̄o loquitur ihetro alienigene reprehēſi
one iudicatur. qđ terrenis populoꝝ negociis
ſtulto labore deſeruiat. Cui ꝯſiliū mox prebetur
vt ꝓ ſe alios ad iurgia dirimēda ꝯſtituat et ip
ſe liberiꝰ ad erudiēdos populos ſpiritualiū ar
chana ꝯgnoſcat. A ſubiectis ergo inferiora ge
rēda ſūt. a rectoribus ſūma cogitanda. vt ſcili
cet oculū qui ꝓuidēdis greſſibꝫ preminet. cura
pulueris nō obſcurꝫ. Caput nāqꝫ ſubiectoꝝ ſūt
cuncti qui preſūt Et ut recta pedes valeant itī
nera carpe. hec procul dubio capud debet ex al
to prouidere: ne a prouectꝰ ſui itinere pedes
torpeant cum curuata rectitudine corporis. ca
put ſeſe ad terram declinat. Qua autem mēte
animarum preſul honore paſtorali inter cete
ros vtitur. ſi interrena negocia q̄ reprehēdere

Benedicamus domino deo gratias Bened

in alijs debuit. ⁊ ipſe verſaᵗ. Qđ videlicʒ ex ira
iuſte retribucōis p ꝓphetam dn̄s minatur di
cens. ⁊ erit ſicut populus ſic ſacerdos. Sacerdos
quiꝑe eſt ut populus: quādo ea agit. is qui ſpi
rituali officio fungitᵉ que illi minimū faciunt. q̄
adhuc de ſtudijs carnalibus iudicātur. Qđ cū
magno .ſ. dolore caritatis iheremias ꝓpheta cō
ſpiciēs: quaſi ſub deſtructione tēpli deploāt di-
cens. Quomodo obſcuratū eſt aurū: mutatus
color optim⁹. diſperſi ſunt lapides ſāctuarij in ca
pite omniū plateaꝝ. c Quid nāqʒ auro quod
metallis ceteris preeminet. n̄ excellencia ſācti
tatis figurat quid colore optimo. niſi cunctis a
mabilis reuerencia religionis exprimitᵉ. Quid
ſāctuarij lapidibus. niſi ſacrorū ordinem perſo-
ne ſignantᵉ. Quid plateaꝝ nomine. niſi preſen
tis vite latitudo figuratur. Quia enī greco elo
quio platos latitudo dicitᵉ: profecto a latitudi
ne platee ſūt vocate Per ſemetipaʒ vero veritas
dicitᵉ. Lata ⁊ ſpacioſa via eſt: q̄ ducit ad perdi
cionem. Aurū igitᵉ obſcuratur. cū terrenis acti
bus ſanctitatis vita polluitur. Color optim⁹ cō
mutatᵉ: cū quorūdam qui degē religioſe crede
bantur. eſtimacō ante acta minuitur. Nam cū
quilibet poſt ſanctitatis habitū terrenis ſe acti
bus inſerit. quaſi colore permutato. āte huma
nos oculos. eius reuerencia deſpecta palleſcit.

Sãctuarĳ quoq; lapides in plateis diſpgũtur cũ cauſarũ ſeculariũ foras lata itinera expetũt. hĳ qui ad õrnmẽtum ecc̃ie interius miniſterĳs quaſi inſecretis ſãctuarĳ vacare debuerũt Ad hoc quippe ſãctuarĳ lapides fiebãt vt intra ſcã ſanctoꝝ in veſtimento ſũmi ſacerdotis appareret. Cũ vero miniſtri religionis a ſubditis honorem redemptoris ſui ex merito vite ſue non exigunt: ſanctuarĳ lapides in ornamẽto põtificis nõ ſũt. Qui nimirũ ſãctuarĳ lapides. diſpſi per plateas iacent: tñ pſone ſacroꝝ ordinũ voluptatum ſuarum latitudini dedite. terrenis negocĳs inherent. Et notandum quod nõ hos diſperſos in plateis. ſed in capite platearum dicit quia et cum terrena agunt. ſũmi videri appetũt vt et lata itinera teneant. ex voluptate delectionis: et tamen in plateарũ ſint capite ex honore ſãctitatis. Nil quoq; obſtat ſi ſãctuarĳ lapides eoſdem ipõs quib; cõſtructũ ſcũariũ exiſtebat accipimus. Qui diſperſi in capite platearum iacent. qñ ſacroꝝ ordinum viri terrenis actibus ex deſiderio inſeruiunt: et ex quoꝝ prius officio ſanctitatis gloria ſtare videbatur. Secularia itaq; negocĩa aliquãdo ex cõpaſſione tolleranda ſunt. nunq̃ꝫ vero ex amore requirenda. ne cum mentem diligentis aggrauant. hanc ſuo victã põdẽ. ad ima de celeſtib; mergãt. At contra

nõnulli gregis quidem curã ſuſcipiunt. ſed ſic
ſibimet vacare ad ſpiritualia appetũt. vt reb⁹
exterioribus nullaten⁹ occupent. Qui cũ curã
corporalia funditus negligũt ⁊ ſubditoꝝ neceſſi-
tatibus minime cõcurrũt. Quorũ nimirum pre
dicacõ plerũqꝫ deſpicitur. quia dũ delinquẽciũ
facta corripiunt. ſed tamẽ eis neceſſaria preſen
tis vite. non tribuũt ⁊ nequaꝗ̄ libenter audiũt.
Egentis etenim mentẽ doctrine ſermo non pe
netrat. ſi hũc apud eius animũ manus miſeri
cordie non ꝯmendat. Tũc autẽ verbi ſemẽ fa
cile germinat. quãdo hoc in audientis pectore
pietas predicãtis rigat. Vñ recti neceſſe eſt. ut
rectoꝝ interiora poſſit infundere cogitacõni. in
noxia etiã exteriora ꝓuidere. Sic itaqꝫ paſtores
erga interiora ſtudia ſubditorũ ſuorũ ferueãt.
q̃tin⁹ in eis exterioris quos vite ꝓuidenciã nõ
relinquãt. Nam quaſi iure ut diximus. a ꝑcipi
enda predicacõne gregis anim⁹ frangitur. ſi
cũ exterioris ſubſidij a paſtore negligat. Vnde
et primus paſtor ſollicite ãmonet dicens Seni-
ores qui in vobis ſunt obſecro cõſenior et teſtis
xpi paſſionũ. qui et eius que in futurũ reuelan
da eſt. glorie ꝯmunicator ⁊ paſcite qui in vobis
eſt gregẽ dñi. Qui hec in loco paſcionẽ cordis
an corporis ſuaderet aperuit. cũ ꝓtinus adiũxit
prouidẽtes nõ coactis ſed ſpontanee ſcd̃m dñi

neq; turpis lucri gratia·ſed voluntarie·Quib9
profecto verbis paſtorib; pie p̄cauet̄·nedū ſub
iectoꝝ inopiā ſatiant·ſe mucrone ambicōis oc
cidant·ne cum p cos carnis ſubſidijs reficiūt
proximi·ipſi remaneant a iuſticie pane ieiuni
Hanc paſtorum ſollicitudinem paulus excitat
dicens. Qui ſuorum et maxime domeſticorum
curam non habet fidem negauit et eſt infideli
deterior. Inter hec itaq; metuendum ſemper ē
et vigilanter intuēdum: ne dum cura ab eis ex
terior agitur·ab interna intencōne mergantur
Plerumq; enim vt p̄diximus corda rectorū dū
tempoāli ſollicitudini incaute deſeruiunt ab in
timo amore frigeſcūt·et foās fuſa obliuiſci non
metuūt: quia aiarum regimina ſuſceperunt.
Sollicitudo ergo que ſubditis exterius impen
ditur·ſub certa neceſſe eſt menſura teneatur.
Vnde bene ad ezechielem dicitur. Sacerdotes
caput ſuum non radent·neq; comam nutrient
ſed tondentes attundeant capita ſua·Sacerdo
tes namq; iure vocati ſunt: qui vt ſacrū duca
tum prebeant: fidelibus p̄ſunt. Capilli vero in
capite·exteriores ſunt cogitacōes in mēte. Qui
dū ſup cerebꝝ inſēſibilit̄ oriunt̄ curas p̄ntis vi
te exp̄mūt·que ex ſēſu negligētis qꝛ importune
aliqn̄ ꝓdeunt·q̄ſi nob̄ nō ſētiētib; ꝓcedūt Quia
igit̄ cūcti q̄ preſūt habere q̄dem ſollicitudines

exteriores debent. nec tamē eis vehemēt incūbe
re. Sacerdotes recte ⁊ capud ꝓhibētur radere.
⁊ comā nutrire: ut cogitacōnes carnis de vita
ſubditoꝝ. nec a ſe funditus amputent. nec ruꝛ
ſus ad creſcendū nimis relaxēt. Ubi et bene di
citur. tondentes tondeant capita ſua. ut videlicꝫ
cure temporalis ſollicitudines. ⁊ quātū neceſſe ē
prodiant. ⁊ tamē recidātur cicius. ne immode
racius excreſcant. Dū igitur ⁊ per ammiſtra
tam exteriorē prouidenciam corporum vita ꝓ
tegitur. ⁊ rurſus p moderatā cordis ſollicitudi
nem intencō nō impeditur. capilli in capite ſa
cerdotis ⁊ ſeruantur ut cutem cooperiāt. ⁊ reſe
cantur ne oculos claudāt.

¶ Quō eſſe debet rectori diſcrecō. et diſſimulacō
nis. feruoris. ⁊ māſuetudinis. Cap. 19.

Inter hec neceſſe eſt. ut rector ſollerter inui
gilet ne hunc cupido placēdi hominibus
pulſet. ne cū ſtudioſe interiora penetrat. cū ꝓ
inde exteriora ſubminiſtrat. ſe magis a ſubdi
tis diligi. quā veritatem q̄rat: ne cū bonis acti
bus fulctus. a mundo videt̄ alienꝰ. hunc aucto
ri reddat extraneum amor ſuus. Hoſtis nāqꝫ
redēptoris eſt. q̄ p recta opa que facit eius vi
ce ab eccleſia amari ꝯcupiſcit. quia adulterine
cogitacōis reus eſt: ſi placere puer ſponſe ocu
lis appetit: p quem ſponſus dona trāſmiſit. Qui

nimirū amor ꝓprius· cū rectoris mētem ceperit
aliqñ hanc inordinate ad molliciem· aliquādo
vero ad aſperitatē rapit. Ex amore etenim ſuo
mēs rectoris in mollīciem vertitᷣ· qꝛ cū peccātes
ſubditos reſpicit· ne erga hūc eoꝝ dilectio tor
peat· corripe nō preſumit nōnunꝗ̄ vero errata
ſbditoꝝ q̄ icrepaꝛē debueāt· adulacōib; demlcet
Vñ bñ p ꝓpheta dr. Ve his q̄ cōſuunt puluil
los ſb oī cubito man⁹· ⁊ faciūt ceruicalia ſub
capite vniūſe etatis· ad capiēdas aīas. Puluil
los q̄ppe ſub omni cubito man⁹ ē ponere cadē
tes a ſua rectitudine aīas · atq; in huius mūdi
delectacōne ſe redinantes· blāda adulacōne re
fouere. Quaſi enim puluillo cubitū vel ceruica
lib; caput iacētis excipitur: cū correpcōnis duri
tia peccāti ſubtrahitᷣ eiq; mollities fauoris ad
hibetur: vt in errore molliter iaceat· q̄ nulla aſ
peritas contradictionis pulſat. Sed hec recto
res qui ſemetipſos diligunt his ꝓculdubio ex
hibentᷣ· a quib; ſe nocei poſſe in ſtudio glorie tē
poralꝭ timēt. Nā quos nl ↄtra ſe valē ↄſpiciunt
hos nimiꝝ aſpitate ſēp rigide inuectiōis p̄mūt
Nunꝗ̄ clementᷣ āmonent· ſ; paſtoralꝭ māſuetu
dinis obliti· iure dñacōis terrēt. Quos recte p
ꝓphetā diuina vox increpat dicēs. Vos aūt cū
auſteritate impabitis eis ⁊ cū potētia· pl⁹ enī ſe
ſuo auctore diligētes iactanter erga ſubiectos

erigunť nec quid agere debeāt· ſʒ quid valeant
attēdūt. Nichil de ſubſequēti iudicō metuunt:
improbe de tēpali poteſtate gloriātur. Libet ut
licenter ⁊ illicita faciant· ⁊ ſubditorū nemo cō
tradicat. Qui ergo ⁊ praua ſtudet agere· ⁊ tū
ad hec ceteros tacē ipē ſibimet teſtis eſt: quia
plus veritate ſe appetit diligi q̄p tota ſe nō vult
defendi. Nemo quippe eſt q̄ ita uiuat: ut aliqū
non delinquat. Ille ergo ſeipſo amplius verita
tem deſiderat amari· qui ſibi a nullo vult cōtra
veritatē parci. Hinc etenim petrus increpacōez
pauli libēter accepit. Hinc dauid correctionem
ſubditi humiliter audiuit· q2 ⁊ rectores boni dū
priuato diligere amore ſe neſciunt· libē purita
tis verbum a ſbditis obſequiū humilitatis cre
dunt. Sed inter hec neceſſe ē vt cura regiminis
tanti moderacōis arte temperetur· quatinus ſbdi
torum mēs cum quedā recte ſentire potuerit. ſic
in vocis libertatē prodeat: vt tamē libertas in
ſupbiam nō erūpat· nedū fortaſſe immoderaci-
us· lingue eis libertas conceditur. vite ab his
humilitas amittatur· Sciēdum q̄ꝫ eſt· qd̄ opor
tet vt rectores boni placere hominibꝫ appetant
ſʒ ut ſue eſtimacōis dulcedine. proximos in af-
fectu veritatis trahāt· nō vt ſe amari deſiderēt
ſed vt dilectionem ſuā quaſi quādam viā faci
ant· p quā corda audienciū ad amorē conditoris

introducant. Difficile quippe eſt. vt quālib; re
cta denūtians predicator qui non diligitur libē
ter audiatur. Debet ergo qui preē. ⁊ ſtudere ſe
diligi. quatinus poſſit audiri. ⁊ tamē amorem
ſuū pro ſemetipſo non querere ne inueniatur
ei cui ſeruire ꝑ officium cernitur. per occultam
cogitacōnis tyrannidē ēſultaē. Quod bene pau
lus inſinuat cum ſui nobis ſtudij occulta mani
feſtat dicēs. Sicut ⁊ ego per omnia omnib; pla
ceo. Qui tamē rurſus dicit. Ego ſi adhuc hoib9
placerē. xpi ſeruus nō eſſem. Plac; ergo paul9
⁊ non plac;. quia in eo qd placē appetit. nō ſe
ſ; ꝑ ſe hoibus placē veritatē q̄rit.

¶ Quod ſcire ſollicite rector debet quia plerū
q; vitia virtutes eſſe mētiuntur Cap. 20.

Scire etiam rector debet. qd plerumq; vicia
virtutes ſe eſſe mentiuntur. nam ſepe ſub
parſimonie nomine. ſe tenacia palliat. contra
q; ſe effuſio ſub appellacōne largitatis occultat
Sepe inordinata remiſſio pietas creditur ⁊ ef
frenata ira ſpiritualis zeli virtus eſtimatur ¶
Sepe precipitata actio velocitatis efficacia ⁊ atq;
agēdi tarditas grauitatis cōſilium putaē. Vn̄
neceſſe ē vt rcōr animaꝝ v̄tutes a vicijs vigilā
ti cura diſcernat. ne ā cor tenacia occupet. ⁊ par
cū ſe videri in diſpēſacōibus exultet. aut cum ef
fuſe q̄d ꝑdit. largū ſe q̄ſi miſerādo glorieē. aut

Remittendo qd ferire debuit·ad eterna ſupplici
a ſubditos ptrahat·aut immaniter feriēdo qd
delinquitur ipſe grauius delinquat·aut hic qd
agi recte ac grauiter potuit·immature preuemi
ens leuiget·aut bone actionis meritū·differen
do ad deteriora pmutet. ¶ Quanta debet eē
diuſitas artis pdica cōis. Cap·21.

Sciēdum quoqȝ eſt·qd aliquādo ſubiecto
rū vicia prudēter aſſimulāda ſunt·ſȝ quia
diſſimulant·indicāda. Aliquando ꝛ apte ɔgni
ta·matuē tolerāda·aliquādo vero ſubtiliter oc
culta pſcrutāda·aliquādo leniter arguēda·ali
quādo autē vehementer increpāda. Nonnulla
quippe ut diximꝰ prudēter diſſimulāda ſunt·ſȝ
quia diſſimulātur indicāda·ut cū delinquēs et
deprehendi ſe ɔgnoſcāt et pperti has quas in ſe
tacite tolerari cōſiderat agē culpas erubeſcat
ſeqȝ ſe iudice puniat·quē ſibi apud ſe rectoris
paciencia demētet excuſat·quia .ſ. diſſimulaci
one bene videam dñs corripit·cū p pphetam di
cāt. Mentita es et mei nō es recordata·neqȝ co
gitaſti in corde tuo quia ego ſū tacens·et quaſi
non vidēs. Et diſſimulauit ergo culpas et inno
tuit·qꝫ et cōtra peccātē ea cuit·ꝛ hoc ipſum tñ qꝫ
tacuerit dixit. Nonnulla autē vel aperte cognita
matuē tolerāda ſūt·cum videlicȝ rerꝫ minime
oportunitas cōgruit ut apte corrigantur. Nam

ſecta immature vulnera· deterius inferueſcunt
Et niſi cū tempore medicamēta cōueniant: con
ſtat procul dubio. qd medendi officiū amittant
Sed cum ſubditis tempus ad correpcōnē que
ritur· ſub ipſo culparū pondē patientia preſul
exercet. Vn̄ bene p pſalmiſtā dr. Supra dorſū
meum fabricauerūt peccatores. In dorſo quip
pe onera ſuſtinem9· Supra dorſū igit ſuū pecca
tores fabricaſſe q̄rit. Ac ſi apte dicat quos cor
rigere neq̄o· q̄ſi ſup impoſitū on9 porto. Nōnul
la autē ſunt ſubtiliter· occulta pſcrutāda· vt q̄
buſdam ſignis erūpentib3. rcōr in ſubditoꝝ mē
te omne qd clauſū lat3 inueniat· et interuenien
te correctionis articulo. ex minimis maiora cog
noſcat. Vn̄ recte ad ezechielē dicit. Fili hoīs
fode parietem· vbi mox iſdē ꝓpheta ſbiungit.
Et cum perfodiſſem parietē apparuit hoſtium
vnum. Et dixit ad me. ingredē· et vide abhomi
nacōes peſſimas q̄s iſti faciūt h̄. Et ingreſſus
vidi. et ecce omnis ſimilitudo reptiliū· et aīaliū
abhominacō· et vniūſa ydola dom9 iſrl̄· depicta
erāt i pariete· Per ezechielē q̄ꝓpe ꝓpoſitoꝝ pſo
na ſignatur: p parietē duricia ſubditoꝝ. Et q̄t
in parietē fodere· n̄ acutis inquiſicōib3 duritiā
cordis apire Quē cū pfodiſſ3· aperuit oſtiū· q2 cū
cordis duritia ł ſtudioſ p cōt acōib3· ł maturis
correpcōnib9 ſcindit· q̄ſi q̄dā ianua oñdit· ex q̄

omnia in eū qui corripitur. cogitacōnum interi ora videātur. Vn̄ ⁊ bene illic ſequitur. Ingredē et inde abhominacōes peſſimas: quas iſti faciunt hic. Quaſi ingreditur vt abhominacōnes aſpiciat: qui diſcuſſis quibuſdā ſignis. exterius apparentibꝫ ita corda ſubditorū penetrat. ut cūcta ei que illicite cogitāt. innoteſcāt. Vn̄ ⁊ ſubdidit. Et ingreſſus vidi: et ecce oīs ſimilitudo reptiliū. ⁊ animaliū abhominatio. Jn reptilibus cogitaciones omnino terrene ſignantur: in aīalibꝰ vero iam quidē aliquātulū a terra ſuſpenſe. ſꝫ adhuc terrene mercedis premia requirentes. Nā reptilia toto ex corpoē terre inherent. Aīalia autē mole corporis a terra ſuſpēſa ſunt: appetitu tn̄ gule ad terram ſemper inclinantur. Reptilia itaqꝫ ſūt in terra parietē. qn̄ cogitacōes voluūtur in mēte: que a terrenis deſiderijs nūq̄ leuantur. Animalia quoqꝫ ſūt in terra parietē: quādo ⁊ ſiqua iam iuſta. ſi qua honeſta cogitantur. appetendis tn̄ lucris tēpalibus honoribꝫqꝫ deſeruiūt. Et p ſemetipſa quidem iam quaſi a terra ſuſpenſa ſūt: ſed adhuc p ambitum quaſi per gule deſideriū ſeſe ad ima ſubmittūt. Vn̄ ⁊ bene ſubdit. Vniuerſa ydola domꝰ iſrl̄ depicta erāt in pariete. Scriptū quippe eſt. Et auariciā que eſt ydoloꝝ ſeruitus. Recte ergo pꝰ animalia ydola deſcribūtur: quia ⁊

ſi honeſta actione. nõnulli quaſi a t̃ra ſe erigũt ambicõne tamen inhoneſta ſemetipſos ad terram deponunt. Vñ autem dicitur depicta erant: quia dũ exteriorum rerum intrinſec⁹ ſpecies attrahunt; quaſi in corde depĩgitur. q̃tquid fictis imaginibꝫ deliberando cogitatur. Notandum itaqꝫ eſt. quia prius foramẽ in pariete. ac deĩnde oſtiũ cernitur. ⁊ tũc demum occulta abhominacõ demõſtrat̃. quia nimirũ vniuſcuiuſqꝫ peccati prius ſigna forinſecus. deinde ianua apte iniquitatis oſtenditur. ⁊ tũc demum omne malũ qđ intus latet aperitur. Nõnulla autẽ ſunt leniter arguenda. nam cum non malicia ſed ſola ignorantia vel infirmitate deliquit̃. profecto neceſſe eſt. vt magno moderamine delicti ipſa correpcõ temperet̃. Cuncti quippe quouſqꝫ in hac mortali carne ſubſiſtimus; corruptõis nr̃e infirmitatibus ſubiacemus. Ex ſe ergo debet quiſqꝫ colligẽ. qualiter aliene hinc oporteat imbecillitati miſereri. ne cõtra infirmitatẽ ꝓximi. ſi ad ĩcrepatõis vocẽ feruentius rapit̃; oblitus ſui eẽ videatur. Vñ bene paul⁹ ãmonet dicẽs. Si poccupat⁹ fuerit hõ in aliquo delicto. vos qui ſpũales eſtis huiuſmodi iſtruite in ſpũ mãſuetudinis. ꝯſiderãs teipſũ ne ⁊ tu tẽpteris. Ac ſi apte dicat. Cũ diſplicꝫ ex aliena ĩfirmitate qđ ꝯſpicis pẽſa qđ es. ⁊ vt ab increpatõnis zelo ſe ſpirit⁹

tempet·dum ſibi quoqꝫ ꝛ increpat timet. Non nulla aūt ſūt vehement increpāda, vt cū culpa ab auctore nō agnoſcit᷑, quāti ſit pōderis ab increpātis ore ſenciatur·et cū tibi quis malū qđ ꝑpetrauit leuigat: hoc cōtra ſe grauiter ex corripientis aſpeꝛitate ꝑtimeſcat. Debitū quippe rectoris eſt·ſupne patrie gloriā ꝑ vocem predicacionis oſtendere·quāta in huius vite itinere temptamēta antiqui hoſtis lateant apire·ꝛ ſubditorum mala que tolerari leniter non debent/cū magna zeli aſperitate corrigere. ne ſi minꝰ contra culpas accendit᷑/culpaꝝ omniū reus ipē teneat᷑. Vn̄ bene ad Ezechielē dicit᷑. Sume tibi laterem ꝛ pones eū coram te ꝛ deſcribes ī eo ciuitatem iheruſalē. Statimqꝫ ſubiungit᷑. et ordinabis aduerſus eā obſidionē·ꝛ edificabis munitōnes·ꝛ ꝯportabis aggerē: ꝛ dab' cōtra eam caſtra·ꝛ pones arietes ī gyro. Eiqꝫ ad munitōnem ſuam ꝓtinꝰ ſubinfertur. Et tu ſume tibi ſartaginē ferreā: ꝛ pones eā murum ferreū inter te ꝛ int᷑ ciuitatem. Cuiꝰ enim Ezechiel ꝓpheta niſi magiſtroꝝ ſpeciem tenet·cui dicit᷑·ſume tibi laterē ꝛ pones eum corā te et deſcribes in eo ciuitatē iheruſalē. Sacti q̄ppe doctores ſibi laterē ſumunt·qn̄ terrenū auditorum cor ut doceāt apprehendūt. Quē ſcilicꝫ laterem corā ſe ponūt quia tota illū mentis intencōne cuſtodiūt. In

quo ⁊ ciuitatem iheruſalē iubent̄ ſcribē: ꝙ pre
dicādo terrenis cordibus curāt ſuope· q̄ ſit ſuꝑ
ne pacis viſio demonſtrare. Sȝ ꝙ incaſſum glo
ria patrie celeſtis agnoſcit̄· niſi ⁊ q̄nta hic ieru
ant hoſtis callidi tēptamēta noſcātur: apte ſb
iūgitur. Et ordinab aduerſus eā obſidionē· ⁊
edificabis municōnes. Sācti quippe predicato
res obſidionē circa laterē in q̊ iheruſalem ciui
tas deſcripta ē ordināt· qn̄ terrene mēti ꝗ iā ſu
pnā patriā req̄renti· q̄nta eā in huius vite tē
pore viciorū impungnet aduerſitas demōſtrāt
Nā cū vnumq̊dq; peccatū quomodo ꝓficientibꝫ
inſidietur oſtendit· quaſi obſidio circa ciuita
tem iheruſalē voce predicatoris ordinat. Sȝ ꝙ
nō ſolū debent innoteſcere· q̄liter vicia impug
nent verum etiam quomodo cuſtodite nos vir
tutes roborēt: recte ſubiungitur· ⁊ edificabis
municōnes. Municōnes quippe ſcīs ꝑdicator
edificat· qn̄ q̄ ſācte v̊tutes· q̄bȝ reſiſtāt vicijs
demōſtrāt. Et ꝙ creſcēte v̊tute plerūq; bella tē
ptacōnum augēt᷑· rēe ad hec addit. Et ꝯporta
bis aggerē ⁊ dabis ꝯtra eā caſtra· ⁊ pones arie
tes in gyro. Aggerē nāq; ꝯportat· qn̄ predica
tor q̄ſq; molē creſcētis tēptacōis enūciat. Et cō
tra iheruſalē caſtra erigit quādo recte intencōni
audientium hoſtis callidi circūſpectas fraudes
⁊ q̄ſi incōprehēſibiles inſidias ꝑdicat· atȝ i gyro

arietés ponit: cū temptacōnū aculeos in hac vita nos vndiq; circumdātes a virtutū murū perforantes innoteſcit. Sed cūcta hec licet ſub ſiliter rector inſinuet niſi cōtra delicta ſinguloꝝ emulacōnis ſpiritu ferueat: nullā ſibi imppetuum abſocōnem parat. Vñ illic adhuc recte ſb iungitur. a tu ſume tibi ſartaginē ferream a pones eā murū ferreū inter te. a inter ciuitatem. Per ſartaginē quippe frixura mētis: p ferrum vero increpacōnis fortitudo ſignat. Quod vero acrius doctoris mentē. quā zelus dei friget et excruciat. Vñ paulꝰ huius ſartaginis vreba tur frixura cū diceret. quis infirmat et ego nō infirmor. quis ſcandalizatur a ego nō vror. Et quia qſq; zelo dei accēdit ne dampnai ex negli gēcia debeat forti imppetuū cuſtodia munitur. a recte dicit pones eam murū ferreū inter te a inter ciuitatē. Sartago enim ferrea murꝰ fer reus inter ꝓphetā a ciuitatē ponit quia cū nūc fortem zelū rectores exhibent. eūdem zelum poſtmodū int ſe a auditoēs ſuos fortem municō nem tenent: ne tunc a vita deſtituti ſint ſi nūc fuerint in correctionē diſſoluti. Sz inter hec ſciē dum eſt. quia dum ad increpacōnem ſe mens doctoris exaſpat. difficile valde eſt ut nō aliqn a ad aliquid qd dicere nō debet erūpat. Et ple rūq; cōtingit vt dū culpa ſubditorū cū magna

inuectione corripitur: magiſtri lingua vſq; ad
exceſſus verba ptrahatur. Cūq; increpacõ im
moderate accenditur corda delinquentium in
deſperacõne deprimūtur. Vñ neceſſe ē. vt exaſpe
ratus rector cum ſubditorū mētem plus ſe ꝙ̄ de
buit pcuſſiſſe ɔſiderat. apud ſe ſēper ad peniten
ciā recurrat. ⁊ p lamenta veniā in cōſpectu veri
tatis obtineat. ex eo etiā quod zeli eius ſtudiū
peccat. Qd figurate dñs p moyſē pcipit dicēs.
Si quis abierit cū amico ſuo ſimplicit̃ in ſiluā
ad ligna cedēda ⁊ lignū ſecuris fugerit man⁹
ferrūq; lapſum de manubrio amicum eius per
cuſſerit ⁊ occiderit. hic ad vnā ſupradcāꝝ vrbi
um fugiet. ⁊ viuet ne forte ꝓximus eius cuius
effuſus eſt ſanguis. doloris ſtimulo pſeq̄tur et
apprehēdat cū ⁊ percuciat aiā ei⁹. Ad ſiluā q̄ppe
cū amico im⁹: quociēs ad iuuenda ſbditorū de
licta ɔuertimur. Et ſimpliciť ligna ſuccidim⁹
cū delinquētium vicia pia intencōe reſecamus.
Sed ſecuris manū fugit cum ſeſe increpacō pl⁹
ꝙ̄ neceſſe ē in aſperitate ptrahit ferrūq; de ma
nubrio proſilit. cū de correpcōe ſermo durior ex
cedit. Et amicū pcutit ⁊ occidit. quia auditorē
ſuū prolata ɔtumelia a ſpiritu dilectionis interfi
cit. Correpti nāq; mēs repēte ad odiū prorūit
ſi hanc immoderata increpacō pl⁹ ꝙ̄ debuit ad
dicit. Sed his qui incaute ligna percutit. et

primũ extinguũt: ad tres neceſſe eſt vrbes fugiat vt vna ex earũ defenſus viuat: quia ſi ad penitẽcie lamẽta cõuerſus. inmunitate ſacramẽti ſub ſpe. fide. et caritate abſcondit. reus perpetrati homicidij non tenet. Eũq; proxim⁹ extincti cũ inuenerit non occidit: quia cũ diſtrictus iudex venerit. qui ſeſe nobis p nature noſtre cõſorcium iunxit. ab eo procul dubio culpe reatũ non expetit: quem ſb eius venia. ſpes. fides. et caritas abſcondit.

¶ Sacri precepta eloquij cũ timore et amore ſũt cotidie meditanda. Cap. 22.

Sed omne hoc rite a rectore agitur. ſi ſupne formidinis et dilectionis ſpiritu afflat⁹ ſtudioſe cotidie ſacri eloquij precepta meditetur vt in eo vim ſolicitudinis et erga celeſtẽ vitam prouide circũſpectionis quã humane cõuerſacõnis vſus indeſinẽter deſtruũt: diuine amonicionis verba reſtaurẽt. et qui ad vetuſtatẽ vite per ſocietatẽ ſecularium ducitur: ad amorẽ ſemper ſpiritual paſe compunctionis aſpiracõe reuocetur. Valde nãq; int humana verba cor defluit. Cũ q; indubitãter cõſtet. qđ ex terrenis occupacionum tumultib; impulſum a ſemetipſo corruat ſtudere inceſſabilit debet vt p erudicõnis ſtudium reſurgat. Hinc eſt enim qđ prelatum gregi diſcipulũ paulus ãmonet dicẽs Dum venio

attende lectioni. Hinc dauid ait. quomodo di
lexi legem tuam dñe tota die meditacõ mea ẽ.
Hinc moysi dominꝰ deportanda archa precipit
dicens. Facies quatuor circulos aureos. quos
pones per quatuor arche angulos. facies ꝗꝫ ve
ctes de lignis ſechim. ⁊ operies auro induces
ꝗꝫ per circulos qui ſũt in arche lateribus vt por
tetur in eis. qui ſemper erunt in circulis. nec vn
ꝗ̃ extrahentur ab eis. Quid p archã niſi ſãcta
ecclesia figuratur. Cui quatuor circuli aurei p
quatuor angulos iubent̃ adiũgi: quia in eo qđ
per quatuor ptes mundi dilatata tendit̃. ꝓcul
dubio quatuor ſancti euãgelij libris accincta
predicatur. Vectesq; de lignis ſechim fiunt.
qui eiſdem ad portandum circulis inſeruntur.
quia fortes perſeuerantesq; doctores velut im
putribilia ligna querẽdi ſũt. qui inſtructioni
ſacrorum voluminũ ſẽper inherẽtes. ſãcte eccle
ſie vnitatẽ denũtient. ⁊ quaſi intromiſſis circu
lis archam portẽt. Vectib; quippe archã porta
re eſt. bonis doctoribus ſcãm eccleſiã ad erudi
endas infideliũ mentes predicando deducere.
Qui auro quoqꝫ iubẽtur operiri: vt cũ ſermone a
lios inſonãt. ipſi etiã vite ſplendore fulgeſcãt.
De quib; apte ſubdit̃. Qui ſemp erũt in circul'
nec vnq̃ extrahẽtur ab eis ꝗꝛ nimirum neceſſe
eſt vt q̃ ad officiũ predicacõis excubãt a ſacre

lectionis ſtudio non recedant. Ad hoc nãqȝ ve
ctes eſſe in circulis ſemper iubent: vt cũ portari
archam oportunitas exigit. de intromittendis
vectibus portãdi tarditas nulla generetur qꝛ
videlicȝ cũ ſpirituale aliquid a ſubditis paſtoꝛ
inq̃ritur ignominioſũ valde eſt. ſi tunc querat
diſcere. cũ queſtionẽ debet enodare. Sed circul
vectes inhereãt vt doctores ſemp in ſuis cordi
bus eloquia ſacra meditantes teſtamenti ar
cham ſine mora eleuẽt: ſi quicq̃d neceſſe eſt ꝑ
tinus docẽt. vñ bene primus paſtoꝛ eccleſie. pa
ſtores ceteros ãmonet dicens. Parati ſẽp ad
ſatiſfactionẽ omni poſcenti vos racõnem. de ea
q̃ in vobis eſt. ſpe. Ac ſi apte dicat. vt ad portã
dam archã mora nulla ꝓpediat vectes a circu
lis nũq̃ recedant. ¶ Qd aliter ãmo
nendi ſũt iuuenes atȝ alii ſenes. Cap. 23

QVia igitur quales eſſe debeat paſtoꝛ oſtẽ
dimus nunc qualiter doceat demõſtrem⁹
vt enim lõge ante nos reuerẽde memorie gre-
gorius nazanzenus edocuit. non vna eademqȝ
cunctis exhortacõ ↄgruit qꝛ nec cũctos par mo
rum qualitas aſtringit. Sepe namqȝ aliis offi
ciũt. que aliis ꝓſunt: quia ⁊ plerũqȝ herbe que
hec animalia nutriũt. alia occidũt. ⁊ lenis ſibi-
lus equos mitigat. catulos inſtigat. ⁊ medica
mẽtum qd hunc morbũ imminuit alteri vires

BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

ſtringit. ⁊ panis qui vitam fortium roborat. par
uulorum necat. Pro qualitate igitur audienti
um formari debet ſmo doctoꝝ. vt ad ſua ſingul̄
congruat. ⁊ tñ a cõmunis edificacõis arte nun
ꝙ recedat. Quid enim ſũt intẽte mẽtes audito
rum. niſi vt ita dixerim quedã in cythara ten
ſiones ſtricte cordarũ. q̄s tangendi artifex vt
nõ ſibimetipſi diſſimile canticũ faciant diſſimi
liter pulſat. Et idcirco corde conſonã modulati
onem reddunt. quia vno quidẽ plectro. ſed nõ
vno impulſu feriuntur. vñ ⁊ doctor quiſqꝫ ut in
vna cunctos virtute caritatis edificet: ex vna
doctrina non vna eademqꝫ exhortacõne tange
re corda audiẽtium debet. Alit̄ nãqꝫ viri. aliter
ãmonende ſũt femine. aliter iuuenes. aliter ſe
nes. aliter inopes. aliter locupletes. aliter leti
aliter triſtes. aliter ſubditi. aliter prelati. aliter
ſerui. alit̄ dñi. aliter huius mũdi ſapiẽtes alit̄
hebetes. aliter impudentes. aliter verecũdi. ali
ter proterui. aliter puſillanimes. alit̄ impaciẽ
tes. aliter patiẽtes. alit̄ beniuoli. alit̄ inuidi. ali
ter ſimplices. aliter ĩpuri. alit̄ incolumes. aliter
egri. aliter qui flagella metuũt et ꝓpterea inno
center viuũt. Aliter qui ſic in iniquitate durue
runt. vt nec per flagella corrigantur. Aliter ni
mis taciti. aliter multiloq̄o vacãtes. Alit̄ pigri
aliter precipites. Aliter mãſueti. aliter iracũdi

Aliter humiles. Aliter elati. Alit̄ ptinaces. Ali
ter incōſtantes. Aliter gule dediti. Aliter abſti
nētes. Alit̄ q̄ ſua miſericorditer tribuūt. Aliter
qui aliena rapere cōtēdunt. Aliter q̄ nec aliena
rapiūt nec ſua largiūtur. Aliter q̄ et ea q̄ habēt
tribuūt ſua. et aliena rapere nō deſiſtunt. Aliter
diſcordes. Aliter pacati. Aliter ſeminātes iur
gia. Aliter pacifici Aliter āmonēdi ſūt q̄ ſacre
legis v̄ba non recte intelligūt. Aliter qui q̄dē
recte intelligūt ſed humiliter nō loquūtur. Ali
ter qui cū predicare digne valeant. pre humi
litate nimia formidant. Aliter quos a p̄dicacio
ne imperfectio vel etas prohibet. et tamē precipita
cō impellit. Aliter q̄ in hoc qd̄ temporaliter appe
tūt pſperant. Aliter qui quidē q̄ mūdi ſūt cōcu
piſcunt. ſed tn̄ aduerſitatis labore fatigant. ali
ter cōiugijs obligati. aliter a cōiugij nexibus li
beri. aliter ānixtione carnis experti. aliter igno
rātes. aliter qui peccata deplorāt opm. Aliter q̄
cogitacōnū. aliter qui cōmiſſa plāgūt nec tamē
deſerunt. aliter qui deſerūt nec tamē plangunt.
Aliter qui illicita que faciūt etiā laudant. aliter
qui accuſāt praua nec tamē deuitant. aliter qui
repentina cōcupiſcentia ſuperātur. atq3 aliter q̄
in culpa et cōſilio ligant. aliter q̄ licet minima
crebro tn̄ illicita faciūt. atq3 aliter qui ſe a par
uis cuſtodiūt. ſ3 aliquādo in grauib3 demergunt

Alię qui bō vero inchoāt. Alię q̄ inchoata mini me ꝯsumāt. Alię qui mala occulte agūt ⁊ bona publice. Alię qui bō q̄ faciūt abſcōdunt. ⁊ tam q̄buſcꝫ factis publice mala de ſe opinari ꝑmit tūt. Sed quid vtilitatis ē qꝺ cūcta hec enumeā tione collecta trāſcurrimꝰ. ſi nō etiā āmonicōis modos per ſingula quanta poſſumus breuitate pādamus ⸿ Aliter namqꝫ viri. aliter āmo nēde ſunt femine. Capitulum. 28.

Aliter igię ſūt viri. atqꝫ aliter femine. quia illis grauia iſtis vero iniungēda ſūt leuio ra. vt illos magna exercāt. iſtas autem leuia de mulcēdo conuertant.

⸿ Aliter Iuuenes. aliter ſenes. Cap. 27.

Aliter iuuenes. atqꝫ alię ſenes. qꝛ illos ple rūqꝫ ſeueritas āmonicōnis ad ꝓfectū diri git. iſtos vero ad meliora opa deprecacō blan da cōponit. Scriptū quippe eſt. ſeniorē ne incre paueris ſ; obſecra vt patrem.

⸿ Aliter inopes. aliter locupletes. Ca. 26.

Aliter āmonendi ſūt inopes. atqꝫ aliter lo cupletes illis namqꝫ offerre conſolacōnis ſolatium contra tribulationem iſtis vero infer re metum ꝯtra elationem debemꝰ. Inopi quip pe a domino ꝑ ꝓpheta dicię. Noli timere quia non confunderis. Cui non longe poſt blandi ens dicit. Paupercula tempeſtate conuulſa.

Rurſumq; hāc cōſolatur dicens. Elegi te in camino paupertatis. Et ↄtra paulus. diſcipulo de diuitibus dicit. Diuitibus huius ſeculi precipe nō ſupbe ſapere. neq; ſperare in incerto diuicia rū ſuarum. Vbi notandū eſt valde qđ humilitatis doctor memoriā diuitū faciēs. nō ait roga ſed precipe. quia ⁊ ſi impendenda eſt pietas infirmitati. honor tamē non debet̄ elacōni. Talibus ergo rectū eſt qđ dicit̄ tanto rectius iubet̄ quāto ⁊ rebus trāſitorijs altitudine cogitacionis intumeſcunt. De his in euāgelio dn̄s dicit Ve vobis diuitibus qui habetis ↄſolacionem veſtram. Quia enim q̄ ſūt eterna gaudia neſciunt. ex preſentis vite habūdancia cōſolantur. Offerenda eſt ergo eis ↄſolacō quos caminus paupertatis excoquit atq; ill' inferendus ē timor quos conſolacō glorie tempal' extollit: vt ⁊ illi diſcant quia diuicias quas nō ↄſpiciūt poſſident. ⁊ iſti ↄgnoſcant qꝛ eas quas cōcupiſcunt tenere nequaq̄ poſſunt. pleꝝq; tamē pſonaꝝ ordinē pmutat qualitas morū vt ſic diues humil' ſit paup elatus. Vn̄ mox predicātis lingua cū audientis vita debet ↄponi. vt tanto diſtricti us in paupere elacōnem feriat: quāto eum nec illica paupertas inclinat Et tāto leuius humilitatem diuitū demulceat. quāto eos nec habūdācia que ſbleuat exaltat. Nōnūq̄ tn̄ etiā ſupbꝫ

diues exhortacōnis blādimento placādus eſt. quia ⁊ plerūqȝ dura vulnera ꝑ leuia fomenta molleſcūt. ⁊ furor inſanoꝝ ſepe ad ſalutē medico blādiente reducitᷣ. Cūqȝ eis in dulcedine cōdeſcendit. langor inſanie mitigatᷣ. Neqȝ enim negligēter intuendū eſt. qḋ cū ſaulē ſpūs aduerſus inuadēt. apprehēſa dauid cythara. eius veſaniā ſedabat. Qḋ enī ꝑ ſaulē. n̄ elacō potētiū. ⁊ q̄d ꝑ dauid ītuitᷣ niſi humilᷣ vita ſcōꝝ. Cum ergo ſaul ab immūdo ſpū arripitᷣ. dauid canēte. ei⁹ veſania tēpatur. qꝛ cū ſenſus potēcium. ꝑ elacōnem in furorem vertitᷣ. Dignum eſt vt ad ſalutē. mens quaſi dulcedine cythare. locucōnis nr̄e trāquillitate reuocetᷣ. Aliqn̄ autē cū h⁹ ſeculi potētes arguuntᷣ. pri⁹ ꝑ quaſdā ſimilitudines velut de alieno negocio requirēdi ſunt. ⁊ cū rectā ſētenciā quaſi in alterū ꝓtulerint. tunc modis cōgruentibȝ de ꝓprio reatu feriendi ſūt vt mens temꝑorali potencia tumida. ꝯtra corripientem nequaq̄ꝫ ſe erigat que ſuo ſibi iudicio ſupbie ceruicē calcat. vt in nulla ſui defenſione ſe exerceat. quem ſentētia propriꝭ oris ligat.

Hinc eſt enim qꝛ nathan ꝓpheta arguere regē venerat. et quaſi de cauſa pauperis contra diuitem iudicium querebat. vt prius rex ſentenciā dicēt. et reatū ſuum poſtmodū audiret quatenus nequaq̄ꝫ iuſticie cōtra dicēt qꝛ in ſe

ipſe protuliſſet. Vir itaqꝫ ſanctus et peccatorē ꝯſiderās ⁊ regē miro ordine audacē reum pri⁹ p cōfeſſionem ligare ſtuduit; ⁊ poſtmodū per īmectionē ſecarē. Celauit paululū quē queſiuit ſꝫ percuſſit repente quē tenuit. Pigri⁹ enim for taſſe incideret. ſi ab ipſo ſermonis exordio aper te culpam ferire voluiſſet. Sed premiſſa ſimili tudine eam ꝙ occultabat exacuit increpacōnē Ad egrum medicus venerat. ſecādum vulnus uidebat. ſed de paciencia egri dubitabat. Ab ſcondit igitur ferꝝ medicinale ſubueſte ꝙ edu ctū ſubito fixit in vulnere. ut ſecātem gladiū ſē tiret eger. anteꝙ cerneret. ne ſi āte cerneret ſē tire recuſaret ¶ Qd āmonēdi ſūt

## Aliť ſerui. atqꝫ aliter domini. Cap. 21.

Aliter āmonendi ſūt leti atqꝫ aliter triſtes Letis videlicet inferēda ſunt triſtia. que ſe cuntur ex ſupplicio; triſtibus vero inferēda ſūt leta. que ꝓmittunť ex regno diſcant leti ex mi narū aſpitate qd timeant. audiant triſtes pre mioꝝ gaudia. de quibus preſumāt. Jllť quippe dicitur. ve vobis qui ridetis nūc. quoniā flebi tis. Jſti vero eodē magiſtro audiāt dicente. ite rū videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrū et gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Nonulli aūt leti vľ triſtes nō rebus fiunt. ſꝫ cōſpercōmbus exiſtūt quibus ꝓfecto intimandū eſt. qd quedā vicia

quibuſdā ɔſperſionib; iuxta ſūt. Habēt eni leti ex ꝓpinquo luxuriam triſtes vero irā. vnde ne ceſſe eſt. vt non ſolum quiſq; cōſideret q ex cō ſpercōe ſuſtinet ſ; etiā q ex vitio ad deterius p urget. ne dū nequaq̄ pugnat ɔtra hoc qd tol lerat: ei q̄ a q̊ ſe liberū eſtimat vicō ſuccūbat.

## ¶ Quod aliter āmonendi ſunt ſub diti. atq; ali ter prelati. Capitulum. 28.

Aliter āmonēdi ſūt ſub diti at; aliter plati. Illos ne ſubiectio ɔterat. Iſtos ne locus ſuperior extollat. Illi ne minus que iubentur im pleant. Iſti ne plus iuſto iubeant que ɔplean tur. Illi vt humiliter ſubiaceāt. iſti vt tpanter preſint. Nam q intelligi a figuāliter poteſt illē dicitur. filij obedite parentibus veſtris in dño iſtis precipitur. a patres nolite ad iracūdiam prouocare filios veſtros. Illi diſcant quomō ante occulti arbitri oculos ſua interiora cōpo nant. Iſti quomodo etiā cōmiſſis ſibi exempla bene viuendi exteri9 prebeant. Scire aenī plati debent. quia ſi pu erſa vnq̄ ppetrant. tot morti bus digni ſunt. quot ad ſbditos ſuos pdicōis exēpla trāſmittūt. Vn̄ neceſſe eſt ut tāto ſe cau tius a culpa cuſtodiant. quāto per praua que faciunt. nō ſoli moriuntur. ſ; aliorū animaꝝ rei ſūt q̄s p̄uis exēpl̄ deſtruxerūt. Ammonēdi ſūt il li ne diſtricti9 puniant ſed ſi abſoluti reperiri

nequiuerint ſaltē de ſe·iſti ne de ſubditoꝝ extra
ſibus iudicentur etiā ſi ſe iam de ſe ſecuros inue
niūt. Jlli vt tāto circa ſe ſollicitius uiuāt·qn̄
to eos aliena cura nō implicat:iſti vero vt ſic
alioꝝ curas expleant quatin⁹ ⁊ ſuas agere nō
deſiſtant ⁊ ſic in ꝓpria ſollicitudine ferueāt·vt
a cōmiſſoꝝ cuſtodia minime torpeſcant. Jlli e
nim ſibimet vacāti dicit̄. Vade ad formicā o pi
ger ⁊ cōſidera vias eius:et diſce ſapiēciā. Jſte
autē terribiliter āmonet̄ cū dicitur. Fili mi ſi
ſpoſponderis ꝓ amico tuo defixiſti apud extra
neū manū tuam·illaqueat⁹ es verb̄ oris tui·et
captus ꝓpriis ſermonibꝫ. Spondere nāqꝫ pro
amico eſt·alienā animā in periculo ſue ↄuerſa
cionis accipere. Vn̄ ⁊ apud extraneū man⁹ de
figitur·quia apud curā ſollicitudinis que āte
deerat mens ligatur. Verbis vero oris ſui illa
queatus ē·ac ꝓpriis ſermonibus captus·quia
dū ↄmiſſis ſibi cogitur bona dicere·ipſū prius
neceſſe eſt·que dixerit cuſtodire. Jllaqueatur
igit̄ verbis oris ſui·dum racōne exigēte ↄſtrin
gitur.ne eius vita ad aliquid aliud ꝙ qđ āmo
net relaxetur. Vn̄ apud diſtrictū iudicem cogi
tur tanta in opere exſoluere · quāta eū cōſtat
aliis voce precepiſſe. Vbi ⁊ bene mox exhortaci
o ſubditur vt dicit̄ in ꝓuerbiis. Fac ergo qđ
dico fili mi·⁊ temetipſū libera · quia in manus

ꝓximi tui incidiſti. Diſcurre feſtina ſuſcita amicū
tuum. ne dederis ſomnū ocul' tuis nec dormitēt
palpebre tue. Quiſquis enī ad viuēdum aliis in
exemplo ꝓponitur. non ſolum ut ipſe vigilet.
ſed etiam amicū ſuſcitet āmonetur. Ei nāqȝ vi
gilaē bene viuendo non ſufficit. ſi non et illū cui
preē a peccati torpore diſiungit. Bñ autem dicit
ne dederis ſomnū ocul' tuis nec dormitent palpe
bre tue. Somnū quippe ocul' dare eſt. intencōe
ceſſante ſubditorum curā omnino negligere.
Palpebre vero dormitāt cum cogitacōnes nr̄e
ea que in ſubditis arguenda cognoſcunt pigre
dine deprimēte diſſimulāt. Plene enim dormiē
eſt. ꝯmiſſorum acta neſciē nec corrigē. non aūt
dormire ſed dormitare eſt. que quidem reprehē
denda ſunt cognoſcere ſed tamē ꝓpter mentis
tediū dignis ea increpacōnib; nō emendaē.
Dormitādo vero ocul9 ad pleniſſimū ſomnum
ducitur quia dum plerumqȝ q̄ preeſt malū qđ
ꝯgnoſcit nō reſecat. ab hoc qnqȝ negligētie ſue
merito ꝑuenit. vt qđ a ſubiectis deliquit nō cog
noſcat. Ammonēdi ſunt itaqȝ qui preſūt. vt per
circūſpectionis ſtudiū ꝑuigiles intus et in circu
itu oculos habeāt celi aīalia fieri ꝯtēdāt. Oñſa
q̄ppe celi aīalia in circuitu et itus ocul' plena de-
ſcribūtur. Dignūqȝ ē. ut cūcti q̄ p̄ſunt itus atqȝ
in circuitu oculos habeāt q̄tin9 et interno iudici

in ſemetipſis placere ſtudeant. et exēpla vite ex
terius prebētes. ea etiā que in alijs ſūt corrigē
da deprehendāt. Ammonēdi ſūt ſubditi. ne pre
poſitorū ſuorum vitā temē iudicēt. ſi quid eos
fortaſſe agere reprehenſibiliter uidēt. ne vn recte
mala redarguūt inde p elacōnis impulſum
in pfundiora mergātur. Ammonēdi ſunt ne
cū culpas prepoſitorū cōſiderāt. ↄtra eos auda
ciores fiant. ſꝫ ſi qua valde ſunt eorꝝ praua opa
ſic apud ſemetipſos diiudicēt. ut tn̄ diuino ti
more cōſtricti. ferre ſub eis reuerencie non recu
ſent. Quod melius oſtendimus: ſi dauid factū ad
mediū deducamus. Saul quippe pſecutor eius
cū ad purgādū ventrē ſpelūcā fuiſſet ingreſſꝰ
illic cū uiris ſuis dauid inerat qui iam tam lon
go tempore pſecucōnis eius mala tollerabat.
Cumqꝫ eū viri ſui ad feriendū ſaul attenderēt
fregit eos rēſponſionibꝫ. qꝛ manū mittē in xp̄m
dn̄i non deberet. Qui tn̄ occulte ſurrexit. et orā
clamidis eius abſcidit. Quid enim per ſaul niſi
mali rectores quid p dauid niſi boni ſubditi de
ſignanē. Saul igitur ventrē purgare ē prauos
prepoſitos ↄceptam in corde maliciā vſqꝫ ad o
pera miſeri odoris extēdē et cogitata apud ſe no
xia. factis exterioribus exequendo monſtrare.
Quē tn̄ dauid ferire metuit. quia pie ſubditorꝝ
mētes ab oī ſe peſte obtrectacōes abſtinētes

prepoſitorum vitam nullo ſigue gladio percuti unt. etiã cum de imperfectione reprehendunt. Qui etſi quãdo ab infirmitate ſeſe abſtinere vix poſſunt vt extrema quedã atq; exteriora prepoſitorum mala. ſed tamẽ humiliter loquã tur. quaſi oram clamidis ſilẽter incidunt. qꝛ videlicet dum prelate dignitati ſaltẽ innoxie et latenter derogant quaſi regis ſuperpoſiti veſtẽ fedant. Sed tamẽ ad ſemetipſos redeunt ſe ve hementiſſime vel de tenuiſſima verbi laceracõe reprehendũt. Vnde bene illic et ſcriptum eſt. Poſt hec percuſſit dauid cor ſuũ. eo qꝛ abſcidiſſ; oram clamidis ſaul. Facta quippe prepoſitoꝝ oris gladio ferenda non ſũt etiã cũ reprehendẽ da iudicãtur. Si quãdo vero ↄtra eos vel in mi nimis lingua labit᷑. neceſſe eſt ut per afflixionẽ penitentie cor prematur. quatin⁹ ad ſeipſum re deat. et cum prepoſite poteſtati deliquerit eius contra ſe iudiciũ. a quo ſibi prelata eſt perhor reſcat. Nam cum in prepoſitis delinquimus. eius ordinacõni qui eos nobis pretulit obuia mus. Vnde moyſes quoq; cũ contra ſe et aaron conqueri populum ↄgnouiſſet ait. Nos enim q̃d ſum⁹ Nec contra nos ẽ murmur vr̃m. ſ; contra dñm. ¶ Aliter ãmonẽdi ſũt ſerui. atq; alit dñi.

Aliter ãmonẽdi ſũt ſerui. atq; alit᷑ dñi. Seruiſ. ut i ſe ſẽp humilitatẽ ↄdicõis Cap. 29.

aſpiciāt:dñi vero vt natuꝛe ſue qua equalit̃ ſūt cū ſeruis conditi·memoꝛiā non amittāt.Serui āmonendi ſūt ne dños deſpiciant·ne dñi offen dant·ſi oꝛdinacōni illi⁹ ſuperbiendo cōtradicūt domini quoqȝ āmonēdi ſunt quia ↄtra dñm de munere ſuo ſupbiunt·ſi eos quos p condicōeȝ tenent ſubditos·equales ſibi p natuꝛe conſoꝛci um non agnoſcunt.Iſti āmonendi ſunt.vt ſci ant ſe ſeruos eē dominoꝝ.Illi āmonendi ſunt. ut ↄgnoſcant ſe cōſeruos eſſe ſeruoꝝ.Iſtis nā qȝ dicitur ſerui obedite dñis carnalibus Et rur ſum·quicūqȝ ſunt ſb iugo ſerui·dños ſuos om ni honoꝛe dignus arbitrent̃.Illis autē dicitur et uos dñi eadem facite illis ꝛemittentes minas ſcientes qꝛ et illoꝛū et veſter dñs ē in celis.

¶Sapientes Ebetes. Cap.30.

ALiter āmonendi ſunt ſapiētes hui⁹ ſeculi atqȝ aliter ebetes.Sapientes quippe āmo nendi ſunt:vt amittant ſcire que ſciūt.ebetes quoqȝ āmonēdi ſunt ut appetāt ſcire que neſci unt.In illis hoc primū deſtruendum ē.quod ſe ſapientes arbitrant̃.In iſtis iam edificādū eſt.quicquid de ſapiencia ſupna ↄgnoſcitur.qꝛ dum minime ſupbiūt:quaſi ad ſuſcipiēdum e dificiū coꝛda pauerūt.Cum illis laboꝛādum ē ut ſapientius ſtulti fiāt.ſtultā aūt ſapientiam deſerāt et ſapiētem oī ſtulticiā diſcant Iſtis vero

predicādum eſt. vt ab ea q̄ putat̄ ſtulticia. ad veram ſapientiā vicinius trāſeant. Illis nam qȝ dicitur. ſi quis videtur inter vos ſapiēs eſſe in hoc ſeculo ſtultus fiat vt ſit ſapiēs. Iſtis vero dicit̄. non multi ſapientes ſecundum carnē. et rurſum. que ſtulta ſunt mūdi elegit de⁹ vt cō fundat ſapiētes. illos pleꝛqȝ racōis argumenta. iſtos nunq̄ melius q̄ exēpla ɔuertūt. Illis nimirū ꝓdeſt vt in ſuis allegacōibꝫ victi iaceāt Iſtis vero aliqn̄ ſufficit ut laudabilia alioꝝ fcā ɔgnoſcant. Vn̄ magiſter egregius ſapientib⁹ et inſipientibus debitor ſum. hebreoꝝ quoſdā ſapientes. quoſdā vero etiā tardiores āmoneret. Ill̄ de cōpletione teſtamēti veteris loquēs eoꝝ ſapiētiā argumento ſupauit dicēs. Quod enim ātiquat̄ et ſeneſcit. ꝓpe interitum ē. Cum vero ſol̄ exemplis quoſdam trahēdos cerneret In eadē epl'a adiunxit. Sācti ludibria et verbera expti. inſup et vincula et carceres. lapidati ſunt. ſecti ſunt. temptati ſūt i occiſione gladij mortui ſunt. et rurſus memētote prepoſitoꝝ veſtroꝝ. q̄ vobis locuti ſunt verbū dei. quoꝝ intuentes exitum ɔuerſacōnis imitamini fidem. quatin⁹ et illos victrix ratio frangeret et iſtos ad maiora ɔſcendere imitacō blanda ſuaderet.

Q8 aliter āmonēdi ſūt impudētes atqȝ aliter verecūdi. Cap. 31.

ALiter ãmonēdi ſūt impudētes·atq; aliter
verecūdi. Illos nāq; ab impudencie vicō
nō niſi increpacō dura ↄpeſcit·iſtos autē ple⁊
q; ad meli⁹ exhortacō modeſta ↄponit. Illi ſe de
linquere neſciunt niſi etiam a plurib; increpē-
tur iſtis ple⁊q; ad conuerſionem ſufficit ꝙ eis
doctor mala ſua ſaltem leniter ad memoriā re
ducit. Illos autē meli⁹ corrigit qui inuehēdo
reprehendit·iſtis autē maior ꝓfectus adduci
tur·ſi hoc qđ in eis reprehendit·quaſi ex latere
tangatur. Impudētem quippe iudeo⁊ plebē·do-
minus apte increpās ait. Frons mulieris me
retricis facta eſt tibi·noluiſti erubeſcere Et rur
ſus verecūdantē refouet dicēs. Confuſionis a
doleſcēcie tue obliuiſceris·⁊ obprobrij vidui ta
tis tue nō recordaberis·ꝗꝛ dn̄abitur tui qui fecit
te. Impudēter quoq; delinquentes galathas
apte paulus increpat dicens. O inſenſati gala-
the·q̄s vos faſcinauit. Et rurſū. Sic ſtulti eſtis
vt cū ſpiritu cepiſtis nūc carne ↄſumamini. Cul
pas vero verecūdancium quaſi cōpaciens re
prehendit dicens. Gauiſus ſū in domino vehe
menter·quoniā tandem aliquādo refloruiſtis
ꝓ me ſētire·ſic ⁊ ſētiebatis·occupati eni eratis
vt ⁊ illorū culpas icrepacō detegēt ⁊ ho⁊ negli
gēciā ſ̄mo mollior velaret. Qđ alit̄ ãmonen
di ſūt ipaciētes·at; alit̄ paciētes· Cap·32·

Aliter ãmonendi sūt ꝓterui atꝫ alit̄ pusilla
nimes. illi enim dū valde de se presumunt
exprobrando ceteros dedignantur. Isti autem
dum nimis sunt infirmitatis sue cōscij plerūqꝫ i
desperatione cadunt. Illi singulariter sūma esti
māt cuncta q̄ agunt. Isti despecta vehement̄ pu
tāt eē q̄ faciūt: et idcirco in desperacōe frāgūtur
Subtiliter itaqꝫ ab arguente discutienda sunt
opa ꝓteruoꝝ. vt in quo sibi placent ōndatur
qꝫ deo displicēt. Tūc enim ꝓteruos meli⁹ corri
gimus. cū ea que bn̄ egisse se credūt. male gc̄ā
mōstram⁹. vt vnde adepta gloria credit̄. inde vti
lis ꝯfusio subseq̄tur. Nōnūq̄ꝫ vero cū se vitiū pro
terui minime ꝑpetrare ꝯgnoscunt cōpendiosi⁹
ad correctionē veniunt. si alteri⁹ culpe manifesti
oris et ex latere req̄site in ꝓprio ꝯfūdant̄ ut ex
eo qḋ defendē neq̄unt ꝯgnoscāt se improbe te
nere qḋ defendūt. vn̄ cū ꝓtue paul⁹ corinthios
aduersū se īuicē videret inflatos. vt ali⁹ apollo
ali⁹ pauli. ali⁹ cephe. alius xp̄i eē se dicēt īcest⁹
culpā ī mediū deduxit. q̄ apud eos ꝑpetrata fu
erat. et incorrecta remanebat dicēs. Audit̄ int̄ vos
fornicacō. et tal̄ fornicacō. q̄lis nec int̄ gētes ita
ut vxorē pris q̄s habeat. et vos īflati estis. et nō
magis luctū habuistis. ut tollēt̄ de medio vr̄m
q̄ hoc op⁹ fecit. Ac si apte dicat. Qḋ vos ꝑ proti
uiā h⁹ l' illi⁹ dicitis. q̄ ꝑ dissolucōeꝫ negligētie

nulliũs vos eſſe monſtratis. At ↄtra puſillani
mes apcius ad iter bene agendi reducim⁹. ſi
quedã illoꝝ bona ex latere ↄ̃quiram⁹. vt dum
in eis alia reprehẽdendo corripimus. alia ãple-
ctendo laudemus. quatin⁹ eorũ teneritudinem
laus audita nutriat. quã culpa increpata caſtigat
Pleruq; aũt vtili⁹ apud illos pficim⁹. ſi et eo
rũ bene geſta memoramus. et ſiqua ab eis inor
dinate geſta ſunt: nõ iam tanquã perpetrata corri
pimus. ſed quaſi adhuc ne perpetrari debeãt prohi
bemus. vt et illa que approbam⁹ illatus fauor
augeat. et cõtra ea que reprehẽdimus magis a
pud puſillanimes exhortacõ verecũda conua
leſcat. Vñ idem paul⁹ cum theſſalonicenſes in
accepta predicacõe perdurãtes. quaſi de vicino
mũdi termino quadã ↄgnoſceret puſillanimi
tate turbatos. prius in eis q̃ forcia pſpicit lau
dat et caute monendo poſtmodũ que infirma
ſunt roborat. Ait enim Gratias agere debem⁹
deo ſẽp pro vobis fr̃es. ita vt dignũ eſt. quoniã ſu
percreſcit fides veſtra et habũdat caritas vni
uſcuiuſq; veſtrũ inuicem. ita vt et nos ipi de vo
bis gloriemur in eccleſiis dei. pro paciẽcia veſtra
et fide. Qui cũ blanda hec vite eorũ precomia pre-
miſiſſet. paulopoſt ſubdidit dicens. Rogam⁹
autẽ vos fratres. per aduentũ domini noſtri ihe
ſu xpi. et noſtre ↄgregacõis in idipſũ vt nõ cito

moueamini a veſtro ſenſu neq3 terreamini. ne q3 p ſpiritum. neq3 per ſermonem. neq3 per epiſtolam. tanq̄ p nos miſſam. quaſi iſtet dies domini. Egit enim verus doctor ut prius audirent laudati q̄ recognoſcerēt. et poſtmodū q̄ exhortari ſequerentur quatin⁹ eorū mentem ne ammonicō ſubiuncta concuteret. laus premiſſa ſolidaret. et q̄ ꝯmotos eos vicini finis ſuſpicōe cognouerat. non iā redarguebat motos: ſꝫ quaſi trāſacta neſciēs adhuc ꝯmoueri phibebat. ut dū de ipſa leuitate motōis p̄dicatori ſuo ſe in cognitos crederent. tāto irreprehēſibiles fieri q̄nto et cognoſci ab illo formidarent.

Quod aliter āmonendi ſunt impacientes atq3 aliter patientes. Cap. 33.

Aliter āmonendi ſunt impacientes. atq3 aliter pacientes. Dicendū namq3 eſt impacientibꝫ. quia dum refrenare ſpiritū negligūt p multa etiā q̄ nō appetūt iniq̄tatū abrupta rapiunt. q2 videlicet mentē ipellit furor q̄ nō trahit deſideriū et agit cōmota velut neſciēs vnde poſt doleat ſciēs. Dicēdum q̄ꝫ impacientibꝫ q2 dum motionis impulſu precipites quedā velut alienati pagūt: vix mala ſua poſtq̄ fuerint ppetrata ꝯgnoſcunt. quia dū pturbacōni ſue minime obſiſtunt. etiā ſi qua a ſe trāquilla mēte fuerāt bn̄ geſta ꝯfūdūt. et iprouiſo impulſu deſtruūt

quicq̃d forſitan diu labore prouido ↄſtruxerũt
Ipſa nãq; que mater ẽ omniũ cuſtosq; virtu
tum. p impacientie viciũ virtus caritatis amit
titur. Scriptum quippe eſt. Caritas paciẽs eſt
Igiť cũ minime eſt paciẽs. caritas nõ eſt. Per
hoc quoq; impacientie vicium ipſa virtutũ nu-
trix doctrina diſcipať. Scriptũ nãq; eſt. Doctri
na viri p paciẽciam noſcitur. Tanto ergo q̃s
q; minus oſtenditur doct⁹ quãto minus ↄiun
ċitur paciens. Neq; enim poteſt veraciter bona
docendo impendere. ſi viuẽdo neſcit equanimiť
aliena mala tolerare. Per hoc quoq; impaciẽ
cie vicium pleꝝq; mentẽ arrogãtie culpa trãſfi
gis. quia dũ deſpici in mũdo hoc quiſq; non pa
titur. bona ſibi ſiqua occulta ſũt oſtentaẽ cona
tur. atq; ſic p impaciẽtiam vſq; ad arrogãtiã
ducitur. dũ quia ferre deſpectionẽ non poteſt. de
tegẽdo ſemetipſũ in oſtentacõne gloriatur. Vñ
ſcriptum ẽ. Melior paciẽs ẽ arrogante. q2 vide
licet eligit paciẽs quelib; mala ppeti. q̃ p oſtẽ
tacõis vitiũ bona ſua occulta ↄgnoſci. At cõtra
eligit arrogãs bona de ſe vľ falſa iactari ne ma
la poſſit vel minima ppeti. Quia igiť cũ pacien
ciã relinquiť etiã bõ reliqua que iam geſta ſũt
deſtruũtur. recte ab ihezechiele eſſe in altare dei
foſſa perhibetur. vt in ea videlicet ſuppoſita ho
locauſta ſeruentur. Si enim in altari foſſa non

eēt·omne q̄ in eo ſacrificiū reperiēt ſupueniens aura diſpgeret. Quid vero accipim⁹ p altaē dei ñ aiam iuſti·q̄ qđ bona egelt·tot ſup ſe añ ei⁹ o culos ſacrifitia imponit. Qđ aūt altaris foſſa ñ bonoꝝ paciētia q̄ dum mētem adūſa tolerāda humiliat·q̄ſi moē fouee hāc i imo poſitā demō ſtrat. Foſſa igitur in altari fiat·ne ſuppoſitum ſacrifitiū aura diſpergat id eſt electoꝝ mēs pa cientiā cuſtodiat·ne ↄmota vento impacienti e ꝛ hoc qđ bñ opata ē amittat. Bñ autē hec ea dē foſſa vni⁹ cubiti eſſe memorat̄·qꝛ nimirū ſi paciencia non deſeritur·vnitatis mēſura ſerua tur. Vnde ꝛ paulus ait. Inuicem onera veſtra portate·ꝛ ſic adimplebitis legē xpi. Lex q̄ppe criſti ē caritas vnitatis quā ſoli perficiūt·q̄ nec cum grauantur·excedunt. Audiāt impaciētes qđ ſcriptū ē. Melior ē paciēs viro forti ꝛ q̄ dña tur aio ſuo·expugnatore vrbiū. Minor ē eni vi ctoria vrbiū:qꝛ extra ſūt que ſubiguntur. Valde autē mai⁹ eſt qđ p pacientiā vincit̄:qꝛ ipē a ſe animus ſupatur·et ſemetipſū ſibimetipſi ſubi cit·quādo eū paciencia intra ſe frenari cōpellit Audiant impacientes qđ dilectis ſuis veritas dicit. In paciētia veſtra poſſidebitis aias vrās Sic enim ↄditi mirabiliter ſumus ut racō aiam ꝛ aia poſſideat corpus. Ius vero anime a cor poris poſſeſſione repellit̄ ſi nō pri⁹ aia a racōne

Petrus Vinck, me [illegible] magna cum diligentia Anno 1612 Scriptum est.

poſſidetur. Cuſtodem igit̄ cōdicōis noſtre pa
ciētiam dn̄s eſſe mōſtrauit q̄ in ipſa nos poſſi
dere ꝛ noſmetip̄ſos docuit. Q̄nta ergo ſit impa
ciencie culpa cognoſcimus. per q̄ꝫ ꝛ hoc ipſum
amittim⁹ poſſidere qd̓ ſum⁹. Audiāt impacien
tes qd̓ p ſalomonē rurſū dicit. Totum ſpūm
ſuū pfert ſtultus. ſapiens aūt differt ꝛ reſer
uat in poſterū. Impaciencia quippe impellente
agitur ut totus foras ſpūs pferat. Quē idcir
co citius pturbacō eicit. qꝛ nulla interius diſci
plina ſapiētie circūdudit. Sapiēs autē differt
ꝛ reſeruat in poſterū. Leſus enim in preſēs ſe
vlciſci non deſiderāt qꝛ etiā tolerās parci optat
ꝫ tamē iuſte vindicari omnia extremo iudicio
non ignorat. At cōtra āmonendi ſūt paciētes
ne in eo qd̓ exterius portant interius doleant :
ne tante virtutis ſacrificiū qd̓ integꝝ foras im-
molant intus malicie peſte corrūpāt. ꝛ cum ab
hominibꝫ nō agnoſcitur. ꝫ tamē ſub diuina ex-
aminacōne peccatur. tanto deterior culpa dolo
ris fiat. quāto ſibi ante homines v̓tutis ſpeciē
vēdicat. Dicendū itaqꝫ ē paciētib⁹ vt ſtudeāt
diligere qd̓ ſibi neceſſe ē tolerare. ne ſi paciētiā
dilectio nō ſequit̄ in deteriorem culpā odij. vir
tus oſtenſa vertatur. Vn̄ paul⁹ cū diceret cari
tas paciēs eſt. illico adiunxit benigna eſt. vide
licet oſtendens quia quos ex paciētia tolerat

amare etiã ex benignitate non ceſſat. Jnde idē doctor egregius. cū pacientiã diſcipulis ſuaderꝫ dicens. Omnis amaritudo ⁊ ira. ⁊ indignacõ. ⁊ clamor. ⁊ blaſphemia tollatur a vobis quaſi cū ctis exterius iã benigne cõpoſitis ad interiora cõuertitur. dum ſubiūgit. cum omni malitia qꝛ fruſtra indignacõ. clamor ⁊ blaſphemia ab ex terioribus tollitur ſi in interiori vicioꝛum mater malitia dñatur. Et in caſſum foras vitium ex ra mis incidit. ſi ſbreptuã multipliciꝰ intus i radi ce ſeruatur. Vñ per ſemetipſam veritas dicit. Diligite inimicos veſtros benefacite hijs q̃ voſ oderunt. Orate pro pſequentibus et calump niantibus vos. Virtus itaqꝫ eſt coram homi nibus adůſarios tolerarē. ſꝫ virtus corã deo di ligere. qꝛ hoc ſolū deus ſacrificium accipit qđ ante eius oculos in altari boni opis flãma cari tatis incendit. Hinc eſt qđ rurſus q̃buſdã pa cientibꝫ nec tamē diligentibus dicit. Quid au tē vides feſtucã in oculo frīs tui. ⁊ trabē i oculo tuo nõ vides Perturbacõ q̃ppe impaciētie feſtu ca ē. malitia vero i corde trabs in oculo ē. Jllã nãqꝫ aura tēptacõis exagitat. hãc autē ɔſūma ta neq̃cia pene imobilit portat. Recte vero illic ſubiūgit. Hypocrita eice p̃mum trabē de oculo tuo et tūc eice feſtucam de oculo frīs tui. Ac ſi di cat mēti iniq que interiꝰ dolēti. ⁊ ſcãm ſe exteriꝰ

p̄ pacientiā demōſtrari prius a te molē maliciā
e excute. et tunc alios de impaciētie leuitate re
prehēde ne dum ſtudes ſimulacōne vincere. pri
us ſibi ſit praua aliena tolerare. Eueniē etiam
plerūq; pacientib; ſolet. vt in eo quidē tempe
quo vel aduerſa paciūtur vel ↄtumelias audi
unt. nullo dolore pulſent. et ſic pacientiā exhi
beant. ut cuſtodire etiā cordis innocētiam non
omittant. Sed cū poſt paululū hec ipſa que per
tulerūt ad memoriā reuocāt igne ſe doloris in
flāmāt. argumēta vlcōnis inquirūt et manſue
tudinem ꝙ tolerātes habuerūt retractātes in
maliciam vertūt. Quib; citius a predicante ſuc
curritur. ſi que ſit huius ꝑmutacōis cauſa pā
datur. Callidus nāq; aduerſarius bellū cōtra
duos mouet. Vnū videlicet inflāmās vt cōtu
melias prior inferat. alterū ꝓuocans vt contu
melias leſus reddat. Sed plerūq; dum huius
iā auctor eſt. qui iniuriā pſuaſus irrogat: vt ab
illo vincat. qui illatā ſibi equanimiter portat.
vnius ergo victor quē cōmouendo ſubiugauit
tota cōtra alterū virtute ſe erigit cūq; obſiſten
tem fortiter et vincētē dolet ꝙ quia cōmouere
in ipſa cōtumeliarū iaculacōe nō potuit. ab aper
to certamine interim qͥeſcens. et ſecreta ſugge
ſtione cogitacōne laceſſens aptū deceptcōis tē
pus inquirit. Quia enim publico bello ꝑdidit.

ad exercendas occulte inſidias exardeſcit. Qui
etiã nãqꝫ iam tẽpe ad victoris aĩam redit ⁊ vel
reꝝ dampna vel iniuriarũ iacula ad memoriã
reducĩt cunctaqꝫ que ſibi illata ſunt vehement̄
exaggerans. intolerabilia oſtendit tãtoqꝫ mẽ
tem merore conturbat ut plerũqꝫ vir paciens
illa ſe equanimiter toleraſſe poſt victoriaꝫ cap
tiuus erubeſcat ſeqꝫ non reddidiſſe cõtumelias
doleat. ⁊ deteriora rependere ſi occaſio prebeat̄
querat. Quibꝫ ergo iſti ſunt ſimiles. niſi hijs q̄
per fortitudinem in campo victores ſunt ſed per
negligentiam poſtmodũ intra vrbis clauſtra
capiũtur. Quibꝫ ſũt ſimiles. niſi his quos irru
ens grauis langor a vita nõ ſubtrahit. ſꝫ lenit̄
veniẽs recidiua febris occidit. Ammonẽdi ſũt
igit̄ paciẽtes. ut cor poſt victoriã muniãt. ut ho
ſtem publico bello ſup̲atũ. iſidiari menijs men
tis intendãt. vt lãguorem plꝰ reſerpentẽ repẽte
timeãt. ne hoſtis callidꝰ eo in decepcõe poſtmo
dum maiori exultacõe gaudeat. q̊ illa dudũ cõ
tra ſe rigida colla victoꝝ calcat. ¶ Qđ alit̄

ãmonẽdi ſũt beniuoli atꝫ alit̄ inuidi Ca. 38.

ALit̄ ãmonẽdi ſũt beniuoli atqꝫ alit̄ inuidi.
ãmonẽdi namqꝫ ſũt beniuoli vt ſic alienis
bonis ꝯgaudeãt q̃tinus habẽ ⁊ ꝓpria ꝯcupiſcãt
⁊ proximorum facta diligẽdo laudẽt ut ea etiã
imitando multiplicẽt. ne ſi in hoc preſentis vite

ſtadio ad certamē alienū deuoti fautores ſȝ pi
gri expectatores aſſiſtūt. eo poſt certamen ſine
brauio remaneāt. quo nūc in certamine nō la
borāt ⁊ tunc eoꝝ palmas afflicti reſpiciāt in q̊
rū nunc laboribꝫ ocioſi ꝑdurāt. Valde quippe
peccamus ſi aliena bene geſta nō diligimꝰ. Sic
nichil mercedis agimꝰ ſi ea que diligimus in
quātum poſſumꝰ non imitamur. Dicēdū itaqꝫ
eſt beniuolis quia ſi imitari bona minime feſti
nāt que laudantes approbāt. ſic eis virtutum
ſāctitas. ſicut ſtultis ſpectatoribꝫ ludicratū arcī
um vanitas placet. Illi nāqꝫ aurigaꝝ ac hiſtri
onū geſta fauoribus efferūt. nec tamē tales eē
deſiderāt. q̄les illos cōſpiciūt eſſe quos laudāt
Mirantur eos placita egiſſe ⁊ ſȝ tamē ſimiliter
deuītant placere. Dicendū eſt beniuolis ut cum
ꝓximoꝝ facta cōſpiciunt ad ſuū cor redeāt ⁊ de
alienis actibꝫ non preſumāt. ne bona laudēt et
agere recuſent. Grauiter quippe extrema vlci
one feriēdi ſūt. quibꝰ placuit quod imitari no
luerūt. Ammonēdi ſūt inuidi ut ꝑpēdāt quāte
cecitatis ſūt ⁊ qui alieno ꝓfectu deficiūt. aliena
ex ulcōe tabeſcunt. quāte infelicitatis ſūt q̄ me
lioracōne ꝓximi deteriores ſiunt. dū augmēta
aliene proſperitatis aſpiciūt. apud ſemetipſos
ā xie afflicti cordis ſui peſte moriūtur. Quid iſtis
infelicīꝰ. quos dū cōſpecta felicitas afficit pena

neq̄ores reddit. Alioꝝ vero bona q̄ habere non
poſſunt. ſi diligerēt ſua fecíſſent. Sic q̄ppe ſunt
vniuerſi ↄſiſtentes in fide. ſicut menbra multa
vno cōtinent̄ in corpe q̄ p officium quidē diuer
ſa ſūt. ſ; quo ſibi viciſſim ↄgruūt vnū ſiunt. vñ
ſit ut pes p oculum videat. ⁊ p pedes oculi ḡdiā
tur. Ori auditꝰ auriū ſuiat. ⁊ ad vſū ſuum au
rib; oris lingua ↄcurrat. Suffraget̄ manib; vē
ter. ventri operent̄ manꝰ. Jn ipſa ḡ corpis po
ſitione accipimꝰ. qd in actione ſeruemꝰ. Nimis
itaq; turpe eſt nō imitari qd ſumꝰ. Nrā ſunt ni
mirū q̄ ⁊ ſi imitaī nō poſſumꝰ amamꝰ i aliis ⁊
amātum ſiūt q̄ q; amant̄ i nob. Hinc ḡ pēſēt i
uidi caritas q̄nte v̄tutis ē. q̄ alieni laboris opa
nrā ſine labo ē facit. Dicēdum itaq; ē inuidis q̄
dum ſe a liuore minime cuſtodiūt. in ātiquā veı
ſuti hoſtis neq̄tiam demergūtur. De illo namq;
ſcriptum ē. Jnuidia dyaboli mors ītrauit in or
bem terraꝝ. Quia enim ipſe celum perdidit. cō
dito hoc homini inuidit. ⁊ dāpnacōne ſua pditꝰ
adhuc alios perdendo cumulauit. Ammonēdi
ſunt. vt agnoſcant quātis lapſibus ſuccreſcen
tis ruine ſubiaceant. quia dum liuorem a corde
non p̄iciunt ad aptas operum nequicias deuol
uuntur. Niſi enim cayn īuidiſſet. frī s hoſtiā ac
ceptā. minime pueiſſet ad extinguēdā vitā. vñ
ſcriptum ē. Reſpexit dñs ad abel ⁊ ad munera

eius. ad Cayn vero et ad munera ei⁹ nō reſpexit Iratusq; eſt cayn vehemēter et cōcidit vultus eius. Liuor itaq; ſacrificij. fratricidij ſeminari um fuit. Nā quē meliorem ſe eſſe doluit: ne vt cumq; eſſet āputauit Dicēdum eſt inuidis: quia dum ſe iſta intriſec⁹ peſte ɔſumūt. etiā quicqd in ſe aliud boni habere videtur interimūt. Vn̄ ſcriptū eſt. vita carnium ſanitas cordis. putre do oſſium inuidia. Quid eni p carnes niſi infir ma quedā ac tenera. et quid p oſſa niſi forcia a cta ſignant. Et plerūq; cōtingit vt quidā cum cordis innocētia in nō nullis ſuis actib; infirmi videantur. quidā vero iam quedā ante huma nos oculos robuſta exerceant. ſ; tn̄ erga alio rū bona int⁹ inuidie peſtilencia tabeſcant. Bn̄ ergo dicitur vita carniū ſanitas cordis. quia ſi cordis innocēcia cuſtoditur. etiā ſiq̄ foris infir ma ſunt roborantur. Et recte illic ſubdit. putre do oſſium inuidia: q: p liuoris vicium āte dei o culos peunt etiā que humanis oculis forcia vi dent. Oſſa q̄ppe p inuidiā putreſcē eſt. quedā etiā robuſta perire. ¶ Qd alit āmonendi ſūt incolumes atq; alit egri. Cap. 37.

ALiter āmonendi ſūt ſimplices: atq; aliter impuri. Laudandi ſūt ſimplices qd nūq̄ ſtudeant falſa dicē. ſ; āmonēdi ſūt ut nouerint nōnūq̄ vera reticē. Sicut eni ſēp dicētē falſitas

leſit ita nõnunq̄ quibſduam audita vera nocu
erunt. Vnde coram diſcipulis dñs locucõem
ſilẽtio temperans ait. Multa habeo vobiſcum di
cere:ƺ nũc nõ poteſtis illa portaẽ . Ammonẽdi
ſũt igiẽ ſimplices vt ſicut fallatiã ſemp vtiliter
vitãt. ita veritatẽ ſẽp vtilit' pferãt. ãmonẽdi ſũt
vt ſimplicitatis bono prudẽciã adiũgant quati
nus ſic ſecuritatẽ de ſimplicitate poſſideãt. ut cir
cũſpectionẽ prudentie non amittãt. Hic nãq; p
doctorẽ gẽtium dr. Volo vos ſapientes eẽ in bo
no ſimplices autẽ in malo. Hinc electos ſuos p
ſemetipſã veritas ãmonet dicẽs. Eſtote prudẽ
tes ſicut ſerpẽtes ꝛ ſimplices ſicut colũbe. Quia
videlic; in electoꝝ cordib; debet ꝛ ſimplicitatem
colũbe aſtutia ſerpentis acuẽ ꝛ ſerpentis aſtuti
am columbe ſimplicitas temperare quatin⁹ nec
ſeducti p prudentiam calleãt. nec ab intellect⁹
ſtudio ex ſimplicitate torpeſcãt Ammonẽdi ſũt
ĩpuri. vt q̄ grauis ſit quẽ cũ culpa ſuſtinẽt dupli
citatis labor agnoſcãt . Dũ enim deprehendi me
tuũt ſẽp iprobas defenſiones q̄rũt ſẽp pauidis
ſuſpicõib; agitanẽ. Nihil aũt eſt ad defendẽdũ
puritate tuti⁹ . addicẽdum veritate nihil facili
us. Nã dum fallatiã ſuã tueri cogitãt duro cor
labore fatigatur. Hinc nãq; ſcriptũ eſt . Labor
labioꝝ ſuoꝝ operiet eos. q̄ eni nũc iplet tũc operit
q2 cui⁹ nũc aim p blãdã inq̄etudinem exerceri

tunc p aſpam retribucõem premit. Hinc per ihieremiã dicit. Docuerũt linguã ſuã loqui mẽdaciũ. ut iniqui agerent laborauerũt. Ac ſi ap te dicẽt. Qui amici eſſe veritatis ſine labore po terãt. ut peccent laborãt. Cũqȝ viuere ſimpliciter rennuit laboribus exigũt vt moriantur. Nam plerũqȝ in culpa deprehẽſi: dũ quales ſint cog noſci refugiũt. ſeſe ſb fallacie velamine abſcõ dunt. et hoc qd peccãt. qdqȝ iam apte cernit ex cuſare moliũtur. ita vt ſepe is q̃ coꝝ culpas cor ripere ſtudet. aſpe falſitatis nebul ſeductus pe ne amiſiſſe ſe videat. qd de eis iã certũ tenebat Vñ recte ſubinde ſpẽie ꝓphetã cõtra peccãtem animã excuſãtemqȝ ſe dicit. Ibi habuit foueã ericius. Ericij quippe nomine impure mẽtis ſe ſeqȝ callide defendentis duplicitas deſignatur. Quia videlicȝ ericius cũ apprehẽditur eius et ca pud cernit. et pedes videtur et corp9 omne deſpi citur. ſȝ mox vt apprehẽſus fuerit. ſemetipſũ in ſperã colligit. pedes introrſus ſubtrahit capud abſcondit. et intra tenẽtis manus totũ ſimul a mittitur. qd totũ ſimul ante videbat. Sic nimi rũ. ſic impure mentes ſũt: cũ in ſuis exceſſibus ꝯprehendũtur. Capud enim ericij cernit quia quo inicio ad culpã peccator acceſſerit. videtur. Pedes ericij cõſpiciunt quia quibȝ veſtigijs ne q̃cia ſit ꝑpetrata cognoſcitur. et tamẽ adductis

repente occaſiõibus impura mens retrorſus
pedes colligit quia cuncta iniquitatis ſue veſti
gia abſcondit. Caput ſubtrahit quia miris de
fenſionibus niſi inchoaſſe ſe malũ aliqͩ oſten
dit. Et quaſi ſpera in manu tenentis remanet.
quia is qui corripit. cuncta que iam cognoueẜt
ſubito amittens. inuolutũ intra conſcientiam
peccatorem tenet. Et qui totum iam deprehendẽ
do viderat. tergiuerſacõne praue defenſionis il
luſus totũ pariẜ ignorat. Foueã ꝙ ericius habꝫ
increprob. qꝛ malicõſe mẽtis duplicatas ſeſe in
tra ſe colligẽs abſcõdit ĩ tenebris defenſionis
Audiãt impuri qꝺ ſcriptũ ẽ qui ãbulat ſimpli
citer ãbulat ꝯfidẽter. Fiducia qͤppe magne ſecu
ritatis ẽ. ſimplicitas actionis Audiãt qꝺ ſapiẽ
tis ore dr̃. ſpũs ſcũs diſcipline effugiet fictũ Au
diãt qꝺ ſcriptura rurſũ phibꝫ. cũ ſimplicibꝫ ſer
mocinacõ ei9. Deo enĩ ſermocinari ẽ. p illuſtra
tionẽ ſue pñtie huãnis mẽtibꝫ archana reuela
re. Cũ ſimplicibꝫ igitur ſermocinari dr̃. qꝛ ſuper
nis miſterijs illoꝝ mẽtes radio ſue viſitacõis
illuminat. quo nulla vmbra duplicitatis obſcu
rat. Eſt aũt ſpeciale duplicium malũ qꝛ dum puer
ſa ꝛ duplici actiõe ceteros fallũt. qͣſi pſtãtius ce
teris prudẽtes ſe eẽ gloriant. Et qꝛ diſtrictionẽ
retribucõis nõ ꝯſiderãt. dãnis ſuis miſel exultãt
Audiãt aũt quã ſup illos ꝓpheta ſophonias vi

diuine animaduerſionis intētat dicēs. Ecce di
es domini venit magn⁹ ꝯ horribilis: dies ire di
es illa. dies tenebrarum ꝯ caliginis. dies nebule
ꝯ turbinis. dies tube et clangoris ſup oēs ciui
tates munitas. ꝯ ſuper oēs angulos excelſos.
Quid enī p ciuitates munitas exprimitur: niſi ſuſpe
cte mētes ꝯ fallaci ſēp defenſione circūdātes. q
quociēs earū culpa corripitur: veritatis ad ſe ia
cula non admittūt. ꝯ quicqd p excelſos āgulos
vbi duplex quippe ſemp eſt paries niſi impura
corda ſignantur. Que dū veritatis ſimplicitatē
fugiūt ad ſemetipſa quodāmō duplicitatis p
uerſitate replicātur. et qd ē deterius apud cogi
tacōes ſuas inſaſtū prudēcie ex ipa ſe culpa im
puritatis extollūt. Dies autē domini vindicte
atqȝ aīaduerſionis plena ſup ciuitates muni
tas ꝯ ſup excelſos āgulos venit. quia ira extre
mi iudicij humana corda. ꝯ defenſionibȝ cōtra
veritatē clauſa deſtruit. ꝯ duplicitatibus inuo
luta diſſoluit. Tūc enī munite ciuitates cadūt
quia mentes deo impenetrate dāpnabuntur. Tūc
excelſi anguli corruūt. quia corda que ſe p im
puritatis. prudenciā erigunt. per iuſticie ſētēci
am proſternuntur.

Qd alit āmonēdi ſūt q flagella metuūt ꝯ ꝓp
terea innocenter viuūt atqȝ q ſic ī iniqtate du
ruerūt vt neqȝ p flagella corrigātur. Cap. 36.

Aliter ãmonendi sũt incolumes. atqȝ aliter egri. Ammonẽdi nãqȝ sũt icolumes vt ſalutẽ corpis exerceãt ad ſalutẽ mẽtis. ne ſi accepte incolumitatis grãm ad uſũ nequitie indimãt denuo deteriores fiãt. ⁊ eo poſtmodum ſupplitia ꝯuioã mereant. q̊ nũc largioribȝ donis dei. male vti nõ metuũt. Ammonẽdi ſũt icolumes ne oportunitatẽ ſalutis ipꝑetuũ ꝓmerẽde deſpiciãt Scriptũ nãqȝ ẽ. Ecce nũc tẽp⁹ acceptabile ecce nũc dies ſalutis. ãmonẽdi ſũt ne placẽ do. ſi cũ pñt noluerit cũ voluerit ſero nõ poſſint. Hic ẽ eni qd pt⁹ ſapiẽtia deſerit. quos pri⁹ rẽnuẽtes vocauit dicẽs. vocaui ⁊ rẽnuiſtis extẽdi manũ meam ⁊ non fuit q̃ aſpicẽt. Deſpexiſtis oẽ ꝯſiliũ meũ. ⁊ increpacões meas neglexiſtis. Ego q̃ȝ i interitu vr̃o ridebo. ⁊ ſb̄ſãnabo cũ vobis qd timebatis aduenerit. Et rurſũ. Tũc iuocabũt me. ⁊ nõ exaudiã. mane ꝯſurgẽt ⁊ nõ inuenient me. Salus itaqȝ corpis quãdo ad bñ opandũ accepta deſpicitur. quãti ſit muneris amiſſa ſẽtitur. Et infructuoſe ad vltimum q̃rit̃ q̃ ꝯgruo ꝯceſſa tempe utiliter nõ habetur. vnde bene per ſalomonẽ rurſũ dr̄. Ne des alienis honorẽ tuũ ⁊ annos tuos crudeli. ne forte impleant̃ extranei viribȝ tuis. ⁊ labores tui ſint i domo aliena. ⁊ gemas i nouiſſimis. qñ ꝯſũpſeris carnes ⁊ corp⁹ tuũ. q̃ nãqȝ alieni a nob̄ ſũt. ñ maligni ſpũs

qui a celeſtis ſūt patrie ſorte ſepati. Quis vero honor noſter eſt: niſi qḋ etiā in luteis corporibꝫ cōditi ad conditoris tñ nr̄i ſumus imaginē ⁊ ſimilitudinem creati. Vel quis alios crudel' eſt niſi ille apoſtota angelꝰ. qui in ſemetipſū penā mortis ſupbiēdo ptulit. et inferre mortē humano generi etiā pditus nō pepcit. Honorē itaqꝫ ſuū alienis dat. q̄ ad dei imaginē ac ſimilitudinē cditus. vite ſue tempa malignoꝝ ſpirituū voluptatibus amminiſtrat. Annos etiam ſuos crudeli tradit: quū ad volūtatē male dñantis aduerſarij. accepta uiuēdi ſpacia expendit vbi bñ ſubditur. Ne forte impleātur extranei viribus tuis. ⁊ labores tui ſint in domo aliena Quiſquis enim p acceptā valitudinē corporis p tributā ſibi ſapiētiam mentis nō exercendis virtutibus ſed ppetrandis vicijs elaborat nequaq̄ ſuis viribus ſuā domū. ſed extraneorum habitacula id ē immundorū ſpirituū facta multiplicat. nimirū luxuriādo. vel ſupbiendo agens vt etiā ſe addito pditoꝝ numerus creſcat. Bñ autē ſbditur ⁊ gemas in nouiſſimis quādo cōſūpſeris carnes ⁊ corpus tuū. Plerūqꝫ enim accepta ſalus carnis p vicia expendit. Sed cū repente ſubtrahit cū moleſtijs caro atteritur. cū iā egridi anima vrget diu male habita. qua ſi ad bene viuendum ſalus amiſſa requiritur.

Et tunc gemunt hoīes quod deo ſeruire nolue
runt. quādo dampna ſue negligētie recupare
ſeruiendo nequaq̄ poſſunt. vnde alias dicit.
Cum occideret eos inquirebant eum. At cōtra
āmonendi ſunt egri. ut eo ſe dei filios ſētiāt. q̄
illos diſcipline flagella caſtigāt. Niſi enim cor
rectis hereditatem dare diſponeret. erudire e
os per moleſtias non curaret. Hinc namq; ad
Johannem dominus per angelum dicit. Ego
quos amo arguo. & caſtigo. Hinc rurſum ſcrip
tum eſt. Fili mi noli diſciplinā domini neglige
re: neq; fatigeris cum ab eo argueris. Quem
enim domin9 diligit caſtigat. flagellat omnē
filium quem recipit. Hinc pſalmiſta ait. Mul
te tribulacōnes iuſtorum. Hinc beatus quoq;
Job in dolore exclamās ait. Si iuſtus fuero nō
leuabo caput ſaturatus afflixione & miſeria.
Dicendum eſt egris vt ſi celeſtem patriā ſuam
credunt neceſſario in hac labores. velut in ali
ena paciuntur. Hinc eſt enim quod lapides ex
tra tonſi ſunt. vt in conſtructione templi domi
ni abſq; mallei ſonitu ponerentur. Quia videli
cet nunc foras per flagella tundimur. vt intus
in templum dei poſtmodum ſine diſcipline per
cuſſione diſponamur quatin9 q̄cquid in nob
ē ſupfluū. mō percuſſio reſecet. & tūc ſola nos i
edificō concordia caritatis liget. Ammonendi

ſūt egri vt ꝯſiderent pro pcipiēdis terrenis he
reditatibꝫ. quā dura carnales filios diſciplme
flagella caſtigēt. Que ergo nobꝭ diuine correp
cionis pena grauis ē. p ꝙ̄ ꝯ nūꝙ̄ amittēda he
reditas pcipitꝰ. et ſemper manſura ſupplicia vi
tantꝰ. Hinc etenim paulus ait Partes quidem
carnis noſtre habuimꝰ eruditores ꝯ reuereba
mur eos nō multomagis obtempabimꝰ patri
ſpirituū ꝯ viuemꝰ. Et illi quidē in tempe pau
corum dierū ſcdm volūtatē ſuā erudiebāt nos
hic autē ad id qd vtile eſt. in recipiendo ſāctifi
cacōez eiꝰ. Ammonēdi ſūt egri. ut ꝯſiderēt quā
ta ſalus cordis moleſtia ſit corpalꝭ. que ad cog
nicōnem ſui mentē reuocat. ꝯ ꝙ̄ plerūqꝫ ſalus
abicit. īfirmitatis memoria ēformat. vt aīmꝰ q̄
extra ſe in elacōe ducitꝰ. cui ſit ꝯdicōi ſbditꝰ. ex
pcuſſa ꝙ̄ ſuſtinet carne memoretꝰ. Qd recte per
balaā ſi tn̄ vocē dei ſubſequi obediēdo voluiſſet
in ipſa eius itineris retardacōne ſignatur. Ba
laam nāqꝫ puenīrē ad ꝓpoſitū tendit. ſꝫ eius vo
tum animal cui preſidet prepedit. Prohibicōis
quippe immemor ibat quo non licebat. At aſi
na angelū videt. quē humana mēs nō videt q̄
ſi plerūqꝫ caro per moleſtias tarda. flagello ſu
o mēti domini indicat. ꝙ mens ipſa carni preſi
dens nō videbat. ita vt anxietatē ſpūs profice
re i hoc mūdo cupiētis velut iꝰ tēdētis impediat

donec inuiſibilē qui ſibi obuiat. innoteſcat. vñ
a bñ p petrū dr. Correpcōnem habuit ſue veſa
nie ſbiugale mutū. qđ in hoīs voce loquēs phi
buit ꝓphe inſipiētiā. Inſanus qppe hō a ſbiuga
li muto corripit̄. qñ elata mēs humilitatis bo
nū qđ tenē debeat. ab afflicta carne memorat̄
Sȝ huiꝰ correpcōis donū idcirco balaā nō ob
tinuit. qꝛ ad maledicēdū pgēs vocē nō mentē
mutauit. Ammonēdi ſūt egri. vt ꝯſiderēt. qñti
ſit muneris moleſtia corpal̄. q̄ admiſſa peccata
diluit. a ea que poterāt admitti cōpeſcit. q̄ etiaȝ
ſūpta ab exterioribus plagis. ꝯcuſſe mēti peni
tentie vulnera infligit. Vñ ſcriptum eſt. Liuor
vulneris abſtergit mala a plage in ſecretiōrib;
vētris. Mala eni liuor vulneris abſtergit qꝛ fla
gelloꝝ dolor. l̄ cogitatas vel ppetratas neq̄tias
diluit. Solet vero vētris appellacōe mēs accipi
qꝛ ſicut vent̄ ꝯſumit eſcas. ita mēs ppetrādo ex
coq̄t curas. qꝛ enim vēter mēs dr. ea ſentēcia do
cetur q̄ ſcriptū ē. Lucerna dñi ſpiraculū hoīs q̄
inueſtigat oīa ſecreta vētris. Ac ſi dicēt. Diuini
afflatꝰ illuminacō. cū i mēte hoīs venerit. eā ſibi
metipi illuminās oñdit. q̄ añ ſpūs ſci aduentū
cogitacōes pūas a portare poterāt a pēſare neſci
ebat. Liuor ḡ vulneris abſtergit mala a plage i
ſecretiōrib; vētris qꝛ cū exteriꝰ pcutim̄ ad pccōꝝ
nroꝝ memoriā taciti afflictiq; reuocamur atq;

ante oculos noſtros cũcta que a nob̄ ſunt ma
le geſta reducim⁹. et per hoc q̄ foras patimur.
magis intus qđ fecim⁹ dolemus. Vñ fit ut int̄
apta vulnera corpis. amplius nos abluat pla
ga ſecreta ventris: q̄ ſanat nequicias praui o
peris. occultũ vuln⁹ doloris. Ammonēdi ſunt
egri quatin⁹ paciētie virtutē ſeruēt et inceſſan
ter quāta redēptor nr̄ ab his quos creauerat
ꝑtulit mala cōſiderēt. qđ tot obiecta ꝺuicõrum
ꝓbra ſuſtinuit. quot de manu ātiq̄ hoſtis cap
tiuorũ quotidie animas rapiēs. inſultācũ ala
pas accepit. q̄ aqua nos ſalutis diluēs. a ꝑfi
dorum ſputis faciē nō abſcondit. q̄ aduocacō
ne ſua nos ab eternis ſupplicijs liberās. tacit⁹
flagella tollerauit. q̄ inter āgeloꝝ choros per
hēnes nobis honores tribuēs. colaſos pertulit
q̄ a peccatorũ nos pũctionibus ſaluās. ſpinis
caput ſupponere non recuſauit. q̄ eterna nos
dulcedine debrians in ſiti ſua fell̄ amaritudinē
accepit. q̄ pro nobis patrē quāuis ei diuinita
te eſſet equalis adorauit. ſub irriſione adorat⁹
tacuit. q̄ vitam mortuis preparanns. vſq; ad
mortem ipſe vita puenit. Cur itaq; aſpaꝝ cre
ditur. vt adeo homo toleret flagella pro mal̄
ſi tāta de⁹ ꝑtulit ab hominibus mala ꝓ bonis.
Aut q̄s ſana ītelligētia de ꝑcuſſione ſua ingt⁹
exiſtit. ſi ipē hinc ſine flagello nō exijt. qui hic

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Uniw. im. A. Mickiewicza

ſine pccõ vixit. ¶ Aliẽ q̃ flagella metuũt. ⁊ ꝓptẽa inocent̃ viuũt. aliẽ q̃ ſic ĩ iniq̃tatẽ du ruerũt. ut nec p flagella corrigãtur. Ca. ʒ1.

Aliẽ ãmonẽdi ſũt q̃ flagella metuũt ⁊ ꝓpte rea inocent̃ viuũt. atꝫ aliẽ ãmonẽdi ſũt q̃ ſic ĩ iniq̃tate duruerũt. vt neqꝫ p flagella corri gant̃. Dicẽdũ nãqꝫ ẽ flagella timentibꝫ ut ⁊ bõ tpalia nequaq̃ ꝓ magno deſiderẽt. q̃ adeſſe e tiã ꝑuis videt ⁊ mala preſẽtia nequaq̃ velut in tolerabilia fugiãt: quibꝫ hic plerumqꝫ bonos affici nõ ignorãt. Ammonendi ſũt vt ſi malẽ ve racit̃ carẽ deſiderãt eterna ſupplicia ꝑhorreſcãt. neqꝫ ĩ hoc ſupplicioꝝ timore remaneãt. ſed ad a moris grãm nutrimento caritatis excreſcant. Scriptũ q̃ppe ẽ. pfcã caitas foras mittit timorẽ Et rurſũ ſcriptũ ẽ. Nõ accepiſtis ſpũm ſuitutis iteꝝ in timoẽ. ſꝫ ſpũm adopcõis filioꝝ ĩ q̃ clama m⁹ abba pr̃. vñ idẽ doctor iterũ dicit. Vbi ſpũſ dñi ibi libtas. Si ḡ adhuc a ꝑua actione formi data pena ꝓhibet: pfecto formidantis aĩm. nul la ſpũs libertas tenet. Nã ſi penã nõ metueret culpã ꝓcul dubio ꝑpetraẽt Ignorat itaqꝫ mẽs gaudiũ libertatis quã ligat ſuit⁹ timoris Bona enim ꝓ ſemetipſ amanda ſũt. ⁊ nõ penis ꝯpellẽ tibus exequẽda. Nã qui ꝓpterea bõ facit qꝛ tor mẽtoꝝ mala metuit. vult nõ eẽ qd metuat. ut audẽter. illicita ꝯmittat. vñ luce clarius conſtat

qđ coram deo innocentia admittitur ãte cuius
oculos desiderio peccat. At ɔtra hij quos ab ini
quitatibus nec flagella cõpescunt ꝛ tãto acriori
inuexione feriendi sũt. quãto maiori in sensibi
litate duruerũt. Plerumqꝫ enim sine dedigna
cione dedignãdi sũt: sine desperacõe despandi.
ita dũ taxat ut ɔñsa desperacõ formidinẽ incu
ciat. ꝛ subiuncta ãmonicõ ad spem reducat. Di
stricte itaqꝫ cõtra illos diuine sẽtencie proferẽ
de sũt: vt ad cognicõem sui ɔsiderata eterna ani
maduersione reuocẽtur. Audiãt enim in se im
pletũ esse qđ scriptum est. Si ɔtuderis stultum
in pila quasi tipsanas feriente de desup pilo nõ
auferetur ab eo stulticia eius. Cõtra hos ꝓphe
ta dño queritur dicẽs. Attriuisti eos ꝛ rennue
rũt accipe disciplinã. Hinc est ꝙ dñs dicit. In
terfeci ꝛ pdidi populũ istũ ꝛ tamen a uijs suis
nõ sunt reuersi. Hinc rursũ ait. Populꝰ nõ est
reuersus ad pcucientẽ se. Hinc voce flagellan
ciũ ꝓpheta cõqueritur dicẽs. Curauimꝰ baby
lonem ꝛ non ẽ sanata. Babylon quippe curatᷣ
nec tamẽ ad sanitatem ẽducitᷣ. quãdo mens in
praua actione cõfusa verba correpcõnis audit
flagella correctionis pcipit: ꝛ tamẽ ad recta sa
lutis itinera redire cõtempnit. Hinc captiuo
isrltico populo nec tamẽ ab iniquitate ɔuerso
dñs exprobrat dicẽs. Versa est michi domus

iſrael in ſcoꝛeam. Om̄s iſti es. ⁊ ſtãnū. ⁊ ferrū
⁊ plumbū in medio foꝛnacis. Ac ſi apte dicat.
Purgare eos per ignem tribulacōis volui. ar
gētum illos vel aurū ferri queſiui. Sȝ in foꝛna
ce m̄ in es. ſtãnum ferrū ⁊ plūbum v̂ſi ſunt. qꝛ
nō ad virtutē ſ; ad vitia etiā in tribulacōe ꝓru
perūt. Es q̄ppe dū pcutit̄ ãpli⁹ metall̄ ceteis ſo
nitū reddit. Qui igit̄ in pcuſſione poſit⁹ erūpit
ad ſonitū murmuracōis. in es verſus ē i modio
foꝛnacis. Stãnum vero cū ex arte ꝯponit̄ argē
ti ſpēm mētit̄. Qui ḡ ſimulacōis vicō nō carȝ in
tribulacōe ſtãnū fact⁹ ē i foꝛnace Ferro aūt v̂ti
tur. q̄ vite ꝓximi inſidiat̄. Ferꝝ itaqȝ ē. q̄ nocēdi
maliciā nō amittit i tribulacōe. plūbū q̄ȝ ceteꝭ
metall̄ ē grau⁹. In foꝛnace ḡ plūbū inuenit̄ q̄ ſic
pcci ſui pōdē premit̄: vt etiā i tribulacōe poſit⁹
a terrenis deſiderijs nō leuet̄ Hic rurſū ſcriptū
ē. Multo laboꝛe ſudatū eſt: ⁊ non exiuit de ea
nimia rubigo eius neqȝ per ignē Ignē q̄ppe no
bis tribulacōnis ãmonet. vt in nob̄ rubigineȝ
vicōꝝ purgȝ. Sȝ nec p ignē rubiginē amittim⁹
qn̄ ⁊ int̄ flagella vicō nō carem⁹. Hic ꝓpħa ite
rū di. fruſtra ꝯflauit ꝯflatoꝛ. malicie eoꝝ nō ſūt
ꝯſūpte. Sciēdū vero ē. qꝛ nōnunq̄ꝫ cū int̄ flagel
loꝝ duritiã ꝑmanēt i correcti dulci ſūt ãmonicō
e mulcēdi. Quos eni cruciamēta nō corrigūt nō
nunq̄ꝫ ab iniq̄s actibȝ lenia blãdimēta ꝯpeſcūt

Quia ⁊ plerūqꝫ egros. quos fortis pigmētaria
pocō curaē nō potuit ad ſalutē p̄ſtinā tepēs aq̄
reuocauit. Et nōnulla vulnera que curari inciſi
one nequeūt. fomētis olei ſanant. Et durus ad
amas inciſionē ferri minime recipit. ſ3 leni hir
corū ſāguine molleſcit. ¶ Qd alit āmonēdi ſūt
nimis taciti. atqꝫ alit multiloquio vacātes.

Alit āmonēdi ſūt nimis taciti. atꝫ alit multiloq̄o vacātes. Ca. 38.

Inſinuari nāqꝫ ni
mis tacitis debet. quia dū quedā vicia incaute
fugiūt occulte deterioribꝫ implicant. Nam ſepe
linguā quia immoderatius frenāt in corde gra
uius multiloquiū tolerāt. ut eo plus cogitacō
nes in mente ferueant quo illas violēta cuſto
dia in diſcreti ſilēcij anguſtat. Que plerumqꝫ
tāto latius defluūt. quāto ſe eſſe ſecuriores eſti
mant. quia foris a reprehenſoribꝫ non videtur
Vn̄ nōnūq̄ mens in ſuperbiā extollitur: ut quos
loquentes audit quaſi infirmos deſpiciat. Cūqꝫ
os corporis claudit. quātum ſe vicijs ſuperbiēdo
apiat non agnoſcit. Linguā eteni premit. mē
tem eleuat. ⁊ cū ſuam nequiciā minime cōſide
rat tāto apud ſe cūctos liberius quāto ⁊ ſecre
cius accuſat. Ammonēdi ſunt igitur nimis ta
citi. ut ſcire ſollicite ſtudeāt nō ſolū quales fo
ras oſtendere: ſed etiā quales ſe debeāt intus
exhibere. ut plus ex cogitacōibus occultum

iudiciū· q̄ꝑ ex ſermonibus reprehenſionē metu
ant proximorum· Scriptum namq; eſt· Fili
mi attende ſapientiam meam· a ꝓudentie mee
inclinat aurem tuam vt cuſtodias cogitacio
nes· Nihil quippe in nobis eſt corde fugati⁹ qđ
a nob̄ tociēs recedit quotiēs ꝑ prauas cogita
cōnes defluit· Hic etnim pſalmiſta ait· Cor me
um dēliq̄t me· Hic ad ſemetipſum rediēs dicit
Inuenit ſuus tuus cor ſuū vt oraēt te· Cū ḡ co
gitacō per cuſtodiam reſtringitur· cor quod fu
gere cōſueuit inuenit· Pleruq; autē nimis taci
ti cū nōnulla iniuſta paciunt eo in acriorē dolo
rē ꝓdeūt· quo ea que ſuſtinēt nō loquūtur· Nā
ſi illatas moleſtias tranq̄lla lingua ducēt mēs
a cōſciētia dolorē alienaret· vulnera enim clau
ſa plus cruciant· Nā cū putredo que interi⁹ ferv
uet eicitur· ad ſalutē dolor apit· Sciē igit̄ debēt
qui plus q̄ꝑ expedit tacent· ne inter moleſta q̄
tolerāt dum liguā tenent· vim doloris exagge
rēt· Ammonēdi ſūt eni ut ſi ꝓximos ſicut ſe di
ligūt· minime illis taceant· vn̄ eos iuſte reprehē
dant· Vocis enim medicamine vtriuſq; ſaluti
occurritꝫ dum a ab illo qui infert actio praua
cōpeſcitur· a ab hoc qui ſuſtinet doloris feruor
vulnere aperto temperatur· Qui enim ꝓximoꝝ
mala cōſpiciūt· a tn̄ ſilentio linguā premūt q̄ſi
ↄſpectis vulneib; vſū medicaminis ſbtrahūt

ſi eo mortis auctores fiunt: quo virus qd potu erāt curare noluerūt. Lingua itaqꝫ diſcrete re frenāda. non inſolubiliter obligāda. Scriptū nāqꝫ eſt. ſapiens tacebit vſqꝫ ad temp9. vt nī mirū cum oportunū cōſiderat. poſtpoſita ſeſura ſilencij loquēdo que ꝯgruūt in vſum ſe vtilita tis impēdat. Et rurſū ſcriptum eſt. Temp9 lo quēdi. et tēpus tacēdi. Diſcrete quippe viciſſi tudinū pēſanda ſūt tpa. ne aut cū reſtringi lin gua debet ꝑ verba inutiliter defluat. aut cū loq̄ vtiliter poteſt ſemetipſā pigre reſtingat. Qd bn̄ pſalmiſta cōſiderās ait. Pone dn̄e cuſtodi am ori meo. et oſtium circūſtancie labijs meis Nō enim poni ori ſuo parietē. ſʒ oſtiū pecijt qd videlicet apitur ꝛ clauditur. Vn̄ ꝛ nobis caute dicendū eſt. quatinus os diſcretū et ꝯgruo tē poē vox apiat. ꝛ rurſū ꝯgruo taciturnitas clau dat. At cōtra āmonēdi ſūt multiloquio vacan tes: vt vigilant aſpiciant a quāto rectitudinis ſtatu depereūt. dum per multiplicia verba dila bunt. Humana etenim mens aq̄ more ꝛ circū clauſa ad ſuperiora colligit. qꝛ illud repetit vn̄ deſcendit ꝛ relaxata depit qꝛ ſe ꝑ infima inutili ter ſpargit. Quot eni ſupuacuis verbis a ſilen cij ſui cēſura diſſipatur: quaſi tot riuis extra ſe ducit deriuat. Vn̄ ꝛ redire interi9 ad ſui ꝯgni cionem non ſufficit. qꝛ per multiloquiū ſparſa

a ſecreto ſe intime ↄſideracõnis excludit. Totã vero ſe iſidiãtis hoſtis vulneribꝫ detegit. q nl la municõe cuſtodie circũcludit. vñ ſcriptũ ē. Sicͭ vrbs patēs ⁊ abſqꝫ muroꝝ ãbitu. ita vir qui nõ põt i loquēdo cohibē ſpũm ſuum. Quia eni muꝝ ſilēcij nõ habꝫ. patꝫ inimici iaculꝭ ciui tas mētis. Et cũ ſe p ṽba eẍ ſemetipſã eicit ap tam ſe aduerſario oñdit. Quã tãto ille ſine la bore ſupat qñto ⁊ ipſa q̃ vincitꝰ ↄtra ſemetipſã p multiloquiũ pugnat. Plerũqꝫ autē quia per quoſdã grad⁹ deſidioſa mēs in lapſũ caſus im pellitꝰ. Dũ otioſa cauē ṽba negligim⁹. ad noxia puenim⁹ ut p̃us loq̃ aliena libeat. pt⁹ modũ de tractionibꝫ eoꝝ vitã de q̃bꝫ loquitꝰ mordeat. ad extremũ vero uſqꝫ ad aptas ligua ↄtumelias e rũpat. Hic ſeminãtꝰ ſtimuli. oriuntꝰ rixe accēdũ tur faces odioꝝ. pax extiguitꝰ cordiũ. vñ bñ per ſalomonē dr. q̃ dimittit aquã caput ē iurgioꝝ Aquã q̃ppe dimittē ē: liguã influxũ eloquij re laxare. Quo cõtra etiã in bonã iterũ ptē dicitꝰ. Aqua ꝓfunda ṽba ex ore viri. Qui ergo aquã dimittit. caput ē iurgiorũ quia q̃ linguã nõ re frenat cõcordiã diſſipat. Vnde ediuerſo ſcrip tum ē. Qui imponit ſtulto ſilētiũ iras mitigat. Qui autē multiloquio quiſqꝫ ſeruiens linguaꝫ refrenari nequiuerit accidit vt rectitudinē iuſti cie tenere nequaq̃ poſſit: teſtatꝰ ꝓpheta qui ait

Vir linguoſus nō dirigetur ſup terram. Hinc iterū ſalomō dicit. In multiloquio peccatū nō deerit. Hinc yſaias ait. Cultus iuſticie. ſilenciū videlicet. Iudicās. quia mentis iuſticia deſolat quādo ab immoderata locucōne nō pcit. Hinc Jacobꝫ dicit. Si quis putat ſe religioſū eſſe. nō refrenās linguā ſuam. ſꝫ ſeducēs cor ſuū huius vana eſt religio. Hinc rurſus ait. ſit omnis homo velox ad audiēdum: tardꝰ autē ad loquēdū ⁊ tardꝰ ad irā. Hic iteꝝ ligue vim diffinies adiungit. Inquietū malū: plena veneno mortifero. Hinc p ſemetipſā nos veritas āmonet dicens. Omne verbū ocioſū qđ locuti fuerint homines racōnem reddēt de eo in die iudicij. Ocioſum quippe verbum eſt: qđ aut racōne iuſte neceſſitatis. aut intēcōe pie utilitatis caret. Si ergo racō de ocioſo ſermone exigit: pēſemꝰ que pena multiloquio maneat. in quo etiā p noxia verba peccatur.

¶ Qđ aliter āmonēdi ſūt pigri atqꝫ aliter precipites. Cap. 39.

Aliter āmonendi ſūt pigri atqꝫ aliter precipites. Illi nāqꝫ ſuadēdi ſunt. ne agēda bona dum differūt amittāt. Iſti vero āmonendi ſunt. ne dum bonoꝝ tēpus incaute feſtinando preueniūt: eorum merita immutēt. Pigris nāqꝫ intimādum eſt. qđ ſepe dum oportune agere que poſſuuꝰ nolumus. paulopoſt cū volumꝰ

non valemus. Ipſa quippe mẽtis deſidia dũm
ↄgruo feruore nõ accẽdit. a bonoꝝ deſiderio fũ
dit⁹ ↄualeſcẽte furti torpore mactat. vñ apte p
ſalomonẽ dr. Pigredo immittit ſoporẽ. piger e
nim recte ſẽtiẽdo q̃ſi vigilat. quãuis nil opando
torpeſcat. Sed pigredo ſoporẽ immittere dicitur
quia pauliſp etiã recte ſẽtiendi vigilãtia amit
titur. dum a bene opandi ſtudio ceſſat. Vbi re
cte ſubiũgitur. ⁊ anima diſſoluta eſuriet. Nam
q̄ ſe ad ſuperiora ſtringẽdo non dirigit negle
ctam ſe inferius p deſideria expandit. Et dum
ſtudioꝝ ſublimium vigore nõ ↄſtringitur cupi
ditatis iſime fame ſauciat. vt q̊ ſe p diſciplinã
ligare diſſimulat. eo ſe eſuriẽs p voluptatũ de
ſideria ſpgat. Hinc ab eadem rurſus ſalomone
ſcribitur. In deſiderijs eſt omnis ociofus. Hic
ipſa veritate predicãte vno quidẽ exeunte ſpũ
munda domus dicitur. ſ multiplicius redeũte
dũ vacat occupat. Plerũqȝ piger dũ neceſſari
a agere neglexeit q̃dam ſibi difficilia inponit
quedam vero incauta formidat. Et dũ quaſi in
uenit. quod velut iuſte metuat. oſtẽdit q̊d oci
o q̃ſi non inuicte torpeſcat. Cui recte p ſalomo
nem dicit. Propter frigus piger arare noluit.
mẽdicabit ḡ eſtate ⁊ non dabit ei. Propt fri
gus quippe piger non arat. dum deſidie torpo
re cõſtrictus. agere que debet bona diſſimulat

Propter frigus piger non arat. dũ pua ex ad
uerſo mala metuit et operari maxima preter
mittit. Bene autẽ dicitur mẽdicabit eſtate et
nõ dabitur ei. Qui enim nũc in bonis opib9 nõ
exſudat cũ ſol iudicij feruentioꝛ apparuerit. qꝛ
fruſtra regni aditũ poſtulat. nil accipiẽs eſta
te mendicat. Bene hinc rurſũ p eundem ſalo
monẽ dicitᷣ. Qui obſeruat ventũ non ſeminat.
⁊ qui ↄſiderat nubes nũꝗ metet. Quid enim p
ventum niſi malignoꝝ ſpirituũ tẽptacõ exꝓmi
tur. Et quid p nubes que mouentᷣ a vento niſi
aduerſitas prauoꝝ hominũ deſignatur. A ven
tis videlicet impelluntᷣ nubes. qꝛ immũdoꝝ ſpi
rituum afflatu praui excitantᷣ homines. q̃ ergo
obſeruat ventũ nõ ſeminat. ⁊ qui cõſiderat nu
bes nũꝗ metet. qꝛ q̃ſquis tẽptacõnẽ maligno
rũ ſpirituum quiſquis pſecucõnem prauoꝝ ho
minum metuit. neq; nunc g̃na boni opis ſemi
nat. neq; tũc manipulos ſancte retribucõis ſe
cat. At ↄtra ãmonẽdi ſũt p̃cipites dum bonoꝝ
actuum tẽpus p̃ueniunt: meritũ puertunt. Et
ſepe in malᷣ corruunt. dum bona minime diſcer
nuntᷣ: qꝛ nequaꝗ queq; qñ agant inſpiciuut.
ſ; plerũq; acta quia ita nõ debuerint agere ↄg
noſcant. Quib; ſub auditoris ſpecie recte apud
ſalomonẽ dicitᷣ. Fili ſine cõſilio nihil facias. ⁊
poſt factũ non penitebis. Et rurſus. Palpebre

tue precedant greſſus tuos. Palpebre quippe greſſus precedunt. cum operacōnem noſtraȝ cōſilia recta preueniunt. Qui enim negligit cō ſiderando preuidere que facit. greſſus tendit o culos claudit. Pergendo iter cōficit. ſed preui dendo ſibimetipſi non antecedit Atqȝ idcirco ci tius corruit. quia quo pedem operis ponere debe at ꝑ palpebrā cōſilij non attendit.

Quod aliter ammonendi ſunt Manſueti at qȝ aliter Iracundi. Cap. 10.

Aliter ammonendi ſunt manſueti atqȝ ali ter iracundi. Nōnunꝙ nāqȝ mānſueti cum preſunt. vicium a quaſi iuxta poſitum torporem deſidie paciuntur. et plerumqȝ nimia reſolucō ne leuitatis vltra ꝙ neceſſe eſt. vigorem diſtri ctionis emolliunt. At contra iracundi dum re giminum loca percipiunt quo impellēte ira in mentis veſaniam deuoluuntur. eo etiam ſub ditorum vitam diſſipata quietis tranquillita te confundunt. Quos cum furor agitat in pre ceps ignorant quicquid irati faciunt. ignorāt quicquid a ſemetipſis irati paciuntur. Nōnun ꝙ ꝙ eſt grauiꝰ ire ſue ſtimulum iuſticie zelum putant. Et cum vitium virtus creditur. ſine metu culpa cumulatur. Sepe ergo manſueti diſſolucōis torpeſcūt tedio. ſepe iracūdi rectitu dinis fallūtꝰ zelo Illoꝝ itaqȝ v̄tuti viciū latēt

adiungitur. hÿs autē ſuū vicium quaſi virtus
feruens videt. Ammonēdi ſunt igitur illi vt fu
giāt qđ iuxta ipſos ē. Iſti. qđ in ipſis attendāt
illi qđ hūc diſcernāt. Iſti qđ nō habēt ample-
ctantur. Māſueti ꝓ ſollicitudine torporē dam
pnent. iracūdi pturbacōnem. Ammonēdi ſūt
māſueti. vt habēt etiā emulacōnez iuſticie ſtude
ant. Ammonēdi ſūt iracūdi vt emulacōi quā
ſe habere eſtimāt māſuetudinē ſubiūgant. Id
circo nāqz ſpūs ſanctus in columba nob eſt et
in igne mōſtratus. qꝛ videlicz oēs quos implet
et colūbe ſimplicitate manſuetos et igne zeli ar
dentes exhibet. Nōnū qꝫ ergo ſpiritu ſācto ple
nus eſt qui aut in trāquillitate māſuetudinis
feruorē emulacōnis deſerit aut rurſū in emula
cionis ardorē virtutē māſuetudinis amittit. Qđ
fortaſſe meli⁹ oſtendim⁹ ſi in medio pauli ma
giſteriū proferam⁹. qđ duobꝫ diſcipulis et nō
diuerſa caritate predit⁹. diuerſa tamē adiuto
ria predicacōis impēdit. Tymotheū nāqz am
monens ait. Argue. obſecra. increpa. in omni
paciencia et doctrina. Tytū quoqz āmonet di
cens. Hec loquere et exhortare et argue cū om
ni imperio. Qđ eſt qꝫ doctrinā ſuam tāta arte
diſpenſet. vt exhibēda hac alteri imperium atꝫ
alteri paciētiā ꝓponat. niſi qꝛ māſuetioris ſpūs
tytū et paulo feruēcōris vidit eſſe tymotheum

Biblioteka Główna w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

illū p emulationis ſtudiū inflāmat hunc p leni tatem pacientie tpat. Illi qđ deeſt iungit. Huic qđ ſupeſt ſupertrahit. Illum ſtimulo impellē nititur: hunc freno moderatur. Magnus quippe ſuſcepte eccleſie colon9 Alios palmites ut creſcere debeant rigat. alios cum pl9 iuſto creſcere ꝯſpicit reſecat. ne aut creſcendo fruct9 nō ferāt aut immoderate creſcēdo quos protulerit amittant Sed longe alia ē ira q̄ ſb emulacōis ſpecie ſbripit. alia que pturbatū cor a fine iuſticie pretextu ꝯfundit. Alia eni in hoc q debet iordinate extendit. hec autē ſemp in his que nō debet inflāmatur. Sciendū vero eſt q hoc ab impacientibus iracūdi differūt. qđ illi ab aliis illata nō tollerāt iſti aūt etiā que tollerent importent. Nam iracūdi ſepe etiā ſe declināntes inſequūtur rixe occaſionē mouent labore ꝯtencōis gaudēt. Quos tñ meli9 corrigim9. ſi in ipſa ire ſue ꝯmocōne declinam9. Perturbati q̄ppe q̄d audiāt ignorāt ſ ad ſe reducti tanto libētius exhortacionis v̄ba recipiūt qñto ſe trāquilli9 toleratos erubeſcunt. Mēti enim furore ebrie oē rectū qđ dicit̄ puerſū videtur. Vnde a nabal ebrio culpā ſuā abygahil laudabilit̄ tacuit q̄ digeſto vino laudabilit̄ dixit. Idcirco enim malū qđ fecerāt ꝯgnoſcere potuit q hoc ebri9 nō audiuit Cū vero iracundi ita alios impetūt vt declinari

ommino nō poſſint non apta exprobracōe. ſed ſub quadā ſunt cautela reuerēcie parcendo fe riendi. Qđ meli⁹ oſtendim⁹ ſi abner factū ad medium deducam⁹. Huic q̄ppe cū aſael viiicaute precipitacōnis impeteret ſcriptū eſt. Locut⁹ eſt abner ad aſael dicēs. Recede. noli me ſequi ne cōpellar cōfodere te in terrā. Qui audire contēpſit et noluit declinare Percuſſit ergo eū abner auerſa haſta in inguine et trāſfodit eū et mortuus ē. Cuius aſael typū tenuit niſi coꝝ quos vehemēter arripiēs furor in preceps ducit. Qui in eodem furoris impetu tanto caute declinādi ſunt. quāto et inſane rapiūtur. Vnde et abner q̄ ſermone noſtro patris lucerna dicit̄ fugit: qꝛ doctorū lingua que ſupnū lumē dei indicat cū p abrupta furoris mētem cuiuſpiā ferri ɔſpiciunt. cūq; ɔtra iraſcentē diſſimulat verboꝝ iacula reddere quaſi p ſequētem nō vult ferire. Sȝ cū iracundi nulla conſideracōne ſe mitigāt. et q̄ ſi aſahel pſequi et inſanire non ceſſant neceſſe ē vt hi qui furentes repͥmere conātur. nequaq̄ ſe in furorem erigāt ſȝ quicq̄d eſt tranquillitatis oſtendāt. Quedā vero ſubtiliter pferant. in quibȝ ex obliquo furētis animū pugnent. Vn̄ et abner cū cōtra pſequente ſubſiſtit non eū recta ſȝ auerſa haſta transforauit. Ex mucrone quippe pcutere eſt. impetu apte increpacōnis

obuiare. Aduerſa vero haſta perſequentem fe
rire eſt. furentem tranquille ex quibuſdam tā
gere et quaſi parcendo ſuparare. Aſahel autem
protinus occumbit quia cōmote mentes dum
et parti ſibi ſētiūt et tū reſpōſoꝝ racōe i intimis
ſb̄ tranq̄llitate tāgunt̄ ab eo ꝙ ſe erexerāt ſta
tim cadūt. Qui ḡ a feruoris ſui ipetu ſb̄ lenitatiſ
ꝑcuſſione reſiliūt quaſi ſine ferro moriuntur.

Quod aliter ammonendi ſunt Humiles atq; aliter Elati. Cap. xi.

ALiter āmonēdi ſūt humiles atq; alit̄ elati
Illis inſinuandum eſt. ꝙ ſit vera excellen
tia quā ſpando tenent. Iſtis vero intimādum
ꝙ ſit nulla tempalis gloria. ꝙ et amplectentes
non tenent. Audiant humiles ꝙ ſint eterna q̄
appetunt ꝙ tranſitoria que ꝯtempnūt. Audiāt
Elati ꝙ ſint trāſitoria q̄ ambiūt ꝙ eterna que
ꝑdūt. Audiant humiles ex magiſtra voce veri
tatis oīs q̄ ſe humiliat exaltabit̄ Audiant elati
et q̄ ſe exaltat huiliabit̄. Audiāt humiles glori
ā precedit humilitas. Audiāt elati añ ruinā ex
altabit̄ ſpūs. Audiāt humiles ad quē reſpici
am n̄ ad huilē et q̄etū et trementē ſmones me
os Audiāt elati q̄d ſupbit terra et cinis. audiāt
humiles. deꝰ humilia reſpicit Audiāt elati et al
ta a lōge ꝯgnoſcit. Audiāt huiles ꝙ filiꝰ hois
miniſtrari nō venit ſed miniſtrare Audiāt elati

q̄ꝛ iniciū omnis peccati ſupbia. Audiāt humi
les quia redēptoꝛ noſter humiliauit ſemetipſū
factus obediēs vſq; ad moꝛtem. Audiāt elati
q̄d de eoꝝ capite ſcriptū eſt. ipē eſt rex ſup vni
uerſos filios ſupbie. Occaſio igiť pdicōis nr̄e
facta eſt ſupbia dyaboli. ⁊ argumētum redēp
cionis noſtre inuenta ē humilitas dei. Hoſtis
enim noſter inter omnia cōditus. videri ſuper
omnia voluit elat⁹. Redēptoꝛ autē noſter mag
nus manēs ſupra oia. fieri inter omnia digna
tus eſt paruus. Dicať ergo humilibꝫ. quia dū
ſe deiciūt ad dei ſimilitudinē aſcendūt. Dicatur
elatis. q̄ꝛ dum ſe erigūt in apoſtate āgeli imita
cionem cadūt. Quid itaq; elacōe deiectius. que
dum ſupra ſe tēdiť ab altitudine vere celſitudi-
nis elongatur. Et quid humilitate ſublimius.
que dū ſe in ima deprimit auctoꝛi ſuo manēti ſu
per ſūma cōiūgit. Eſt tamē aliud q̄d in eis debē
at caute pēſari. quia ſepe quidā humilitatis de
cipiūtur ſpecie quidā vero elacōis ſue ignorā-
cia fallūtur nā plerūq; nōnullis qui ſibi humi
les videntur. is qui hominibꝫ deferri nō debet cō
iunctus eſt timoꝛ. Plerūq; vero elatos comita
ri ſolet libere vocis aſſercio. Et cū quedā increpanda
ſūt vicia. illi reticent ex timoꝛe. ⁊ tamen
tacere ſe eſtimāt ex humilitate. Iſti loquunť per
impacienciā elacionis ⁊ tamē loqui ſe credūt

ꝑ libertatem rectitudinis Illos vt peruerſa nō
increpēt. ſub ſpecie humilitatis premit culpa for
midinis. iſtos ad increpāda que nō debēt aut
magis increpanda ꝙ̄ debent ſub ymagine liber
tatis effrenacō̄ impellit tumoris. Vn̄ et elati am
monēdi ſunt. ne plus ꝙ̄ expedit ſint ſubiecti.
ne autem illi defenſionem vertant iuſticie in ex
ercitacō̄nem ſuperbie aut iſti cum ſtudent plus
ꝙ̄ neceſſe eſt hominibus ſubici compellantur
etiam eorū vitia venerari. Conſiderādum vero
eſt. quod plerūq₃ elatos vtilius corripimus. ſi
eorū correpcō̄nibus quedam laudū fomenta
miſceamus. Inferēda namq₃ illis ſunt aut ali
a bona que in ipſ ſūt. aut dicēdum certe q̄ pote
rāt eſſe ſi nō ſūt. et tūc demū reſecāda ſūt mala
que nob diſplicent. cū prius ad audiendū pla
cabilē eoꝝ mētem fecerint ꝓmiſſa bō q̄ placēt.
Nā et equos indomitos blāda prius manu tan
gim⁹ vt eos nobis plenius poſtmodum etiam
per flagella ſubiugemus. et amaro pigmento
tū poculo mellis dulcedo adiūgitur. ne ea que
ſaluti ꝓfutura eſt in ipſo guſtu aſpera amaritu
do ſentiatur. Dum ergo guſtus per dulcedinez
fallitur. humor mortifer per amaritudinem va
cuatur. Ipſa ergo in elatis inuectionis exordi
a. permixta ſūt laude tēpanda. vt dum amittūt
fauores quos diligūt. etiā correpcō̄es ſcipiant

quas oderūt. Plerūq; autē ꝑſuadere elatis vti
lia meli⁹ poſſumus. ſi profectū eorū nobis ma
gis ꝙ̄ illꝰ ꝓfutuꝝ dicamus. ſi eoꝝ melioracōnē
nobis magis ꝙ̄ ſibi impendi poſtulem⁹. Facile
enim ad bonū elacio flectitur. ſi eius inflexio ꝓ
deſſe ⁊ aliꝭ credatur. Vn̄ moyſes qui regente
ſe dn̄o. deſerti iter duce aerea colūpna ꝑgebat
cū obab cognatum ſuū a gentilitatis ↄuerſatio
ne vellet educere ⁊ omnipotētis dei dominio ſb
iugare ait. Proficiſcimur ad locum quem da
turus eſt nobis dn̄s. veni nobiſcum ⁊ bene faci
amus tibi. quia dn̄s bona promiſit yſraeli. Cui
cū reſpondiſſet ille non vadam tecū ſed reuer
tar in terrā meam in q̄ natus ſū: illico adiunxit
Noli nos derelinquē. tu enim noſti in quib⁹ lo
cis ꝑ deſertū caſtra ponere debeamus. ⁊ eris du
ctor noſter. Neq; enim moyſi mētē ignorācia
itineris āguſtabat. ꝙ ⁊ ꝓphetice ſcīēcie ↄgnicō
diuinitatis expādarat ꝙ̄ colūna exteri⁹ p̄ibat.
ꝙ̄ de cunctis interius ꝑ cōuerſacōnem cū deo ſe
dulā locucō familiaris inſtruebat. Sꝫ videlicet
vir ꝓuidus elato auditori colloquēs. ſolacium
peciꝭt vt daret. ducem req̄rebat inuia. ut dux
ei fieri potuiſſet ad vitā. Egit itaq; vt ſupbꝫ au
ditor voci ad meliora ſuadenti. eo magis fieret
deuotus. quo putaret ſe neceſſarius. Et vn̄ ſe ex
hortatorē ſuum precedē credēt. inde ſe ſub verb

exhortantis inclinaret.

¶ Quod aliter ammonendi sunt ptinaces. atque aliter inconſtantes. Cap. xxii.

Aliter āmonēdi ſūt ptinaces. aliter vero incōſtātes. Jll' dicēdū eſt q plꝰ de ſe q̄ debēt ſēciūt et idcirco alienis ꝯſilijs non acquieſcūt. Jſtis vero intimādum ē q valde ſe deſpiciētes negligūt et idō leuitate cogitacōnum a ſuo iudicio p tpm momēta flectūtur. Jll' dicēdum ē q niſi melioēs ſe ceteris eſtimarēt. nequaq̄ cūctorū ꝯſilia ſue deliberacōi ptꝰponerēt Jſtis dicēdū ē q ſi hoc qd ſunt utcūq3 attēderēt. nequaq̄ eos p tot varietatis littora mutabilitatis aura v̄ſaret. Jll' p Paulū dr. nolite prudētes eſſe apud voſmetipōs. At ꝯtra iſti audiāt. nō circūferamur omni vēto doctrine. de ill' p ſalomonē dr. Cōmedent fructꝰ vie ſue ſuiſq3 conſilijs ſaturabunt. De iſtis aūt ab eo rurſus ſcribitur. Cor ſtultoꝝ diſſimile erit. Cor quippe ſapientiū ſibimetipſi ſemp eſt ſimile. quia dū rectis pſuaſionibus acq̄eſcit ꝯſtāter ſe in bono ope dirigit. Cor vero ſtultoꝝ diſſimile ē. q dū mutabilitati ſe auxiū exhibet. nunq̄ idē qd fueāt manz. et q q̄da3 vicia ſicut ex ſemetipſis gignunt alia ita ex alijs oriuntur. Sciēdum ſūope eſt q tunc ea corripiendo melius tergimus cū ab ipō amaſtu ꝺinis ſue fonte ſiccamus. Pertinacia quippe ex

ſupbia·incōſtancia autē ex leuitate generatur
Ammonēdi ſūt igiẗ pertinaces vt elacōnem ſu
e cogitacōnis agnoſcant ꝗ ſemetipſos vincere
ſtudeāt·ne dū rectis alioꝝ ſuaſionibus foris ſu
pari deſpiciunt·intus a ſupbia captiui teneanẗ
Ammonēdi ſunt vt ſollerter aſpiciāt·quia fili
us hominis cui vna ſemp cū patre voluntas ē·
vt exēplum nobis frāgende noſtre voluntatis
pbeat dicit·Nō quero voluntatē meā ſed volū
tatem eiꝰ qui miſit me patris Qui ut huius ad
huc virtutis gratiā cōmendaret·ſeruaturū ſe
hoc in extremo iudicō pmiſit dicēs.Nō poſſum
ego a meipſo facere quicꝙ ſed ſicut audio iu
dico·Qua itaqꝫ ꝯſciencia dedignaẗ homo alie
ne volūtati adquieſcere:qn̄ dei atꝫ hominis fili
us cū virtutis ſue gloriā venit oſtendere:teſta
tur ſe non a ſemetipſo iudicaē.At ꝯtra āmonē
di ſūt inconſtātes vt mētem ḡuitate roborent.
Tunc enim geminina in ſe mutabilitatis arc
faciunt·cū a corde prius radicem leitatis abſci,
dunt.Quia ꝗ tūc fabrica robuſta ꝯſtruitur.cū
prius locus ſolidus in quo poni fūdamentum
debeat ꝓuidetẗ.Niſi ergo ante mentis leitas ca-
ueaẗ cogitacionum inconſtātia minime vinciẗ
A quibꝫ alienum paulꝰ ſe fuiſſe ꝓhibuit cum
dicit Numqd leuitate vſus ſū.ꝭ Aut que cogito
ſcdm carnem cogito vt ſic apud me eſt ꝗ non

Acſi apte dicat. Id circo mutabilitatis aura nō melior. q̄ leuitatis vicio non ſuccumbo.

Quod aliter ām̄onendi ſunt Gule dediti atq̄ aliter abſtinentes. Cap. xx.

Aliter ām̄onēdi ſūt gule dediti. atq̄ aliter abſtinētes. Illos eī ſupfluitas locucōis. leuitas opis. atq̄ luxuria. Iſtos vero ſepe impaciētie ſepe vero ſupbie culpa comitat. Niſi enim gule deditos immoderata loquacitas raperet. diues ille q̄ epulatus quotidie ſplēdide dicit. in ligua grauius nō arderēt dicēs. Pr̄ abraham miſerēre mei et mitte lazarū ut intīguat extremū digiti ſui i aq̄ vt refrigeret linguā meā. quia crucior in hac flāma. Quibꝫ pfecto verbꝭ oſtēditur. q̄ epulando quotidie crebrius in lingua peccauerāt: q̄ totus ardēs refrigerari. ſe precipue in lingua requirebat. Rurſū quia gule deditos leuitas ptinus opis ſequitur. auctoritas ſacra teſtat dicēs. Sedit populus mādu care. et bibere. et ſurrexit ludere. quos plerū q̄ edacitas vſq̄ ad luxuriam ptrahit. q̄ dū ſacietate vēter extēditur aculei libidinis excitātur. Vn̄ et hoſti callido q̄ pmi hominis ſēſus in ꝯcupiſcentia pomi aperuit. ſed in pcc̄i laqueo ſtrixit. diuina voce dr̄. Pectore et vētre repes. Acſi ei apte diceret. Cogitacōne et ingluuie ſuper humāna corda dn̄aris. Quia gule deditos luxuria ſeq̄tur ꝓpheta teſtatur q̄ dū apta

narrat occulta denũciat dicẽs. Princeps coco rũ deſtruxit muros Iheruſalẽ. Princeps nãq; cocoꝝ venter eſt cui magna cura obſequiũ a co cis impenditur vt ipẽ delectabiliter cibis imple atur. Muri autẽ Iheruſalẽ virtutes ſũt anime ad deſiderium ſupne pacis eleuate. Cocoꝝ igit̃ princeps muros iheruſalẽ deicit. quia dũ vent̃ ingluuie tendit̃: virtutes aie per luxuriã deſtru untur. Quo cõtra niſi mẽtes abſtinẽcium pleꝝ q; impacientia a ſinu trãquillitatis excuteret: nequaq̃ petrus cũ dicẽt. miniſtrate aũt in fide veſtra virtutẽ. in virtute autẽ ſcientiã. in ſcien tia autẽ abſtinẽciam. protinꝰ vigilãter adiũge ret dicẽs. In abſtinẽtia autẽ pacientiã. De eſſe q̃ppe abſtinẽtibꝫ pacientiã preuidit. que eis ut adeſſet ãmonuit. Rurſũ niſi cogitacões abſti nẽtium nõnũq̃ ſupbie culpa trãſfigeret: pau lus minime dixiſſet. Qui nõ manducat mãdu cantẽ nõ iudicꝫ. Qui rurſus ad alios loquens dum de abſtinẽtie virtute gloriãcium precepta pſtringeret. adiunxit. Que ſũt racõem quidem habundãcia ſapientie inſupſticõnem et humi litatem. et ad nõ parcendũ corpi non in honore corporis nõ in honore aliquo ad ſaturitatẽ car nis. Qua in re notãdum eſt. q᷑ in diſputacõne ſua predicator egregiꝰ. ſupſticõni humilitatis ſpeciem iũgit. q᷑ dũ plꝰ q̃ nccẽ eſt p abſtinẽtiã

caro attericur·humilitas foris oſtenditur·ſed hac ipſa humilitate grauiꝰ interiꝰ ſupbitur. Et niſi aliquādo mēs ex abſtinētie v̄tute tumeſceret·nequaꝙ hāc velut inter magna merita phariſeꝰ arrogās ſtudioſe enumeraret dicēs. Jeiuno bis in ſabbato·Ammonēdi ſūt ꝙ gule dediti ne in eo ꝙ eſcarū delectacōi incūbāt luxurie ſe mucrone trāſfigant. Quāta ſibi per eſum loquacitas·quāta mentis leuitas ingrediatur aſpiciant·ne dū ventri molliter inſeruiūt vicioꝝ rū laqueis crudeliter aſtrigant. Tāto enī longiꝰ a ſcdo parēte receditur·quāto p immoderatum vſum dū manꝰ ad cibum tēditur·parētis primi lapſus iteratur. At ꝯtra āmonendi ſunt abſtinentes ut ſolliciteſemp aſpiciant.ne cum gule vicium fugiunt acriora his vicia quaſi ex virtute generentur ne dum carnem macerāt ad impacientiā ſpiritꝰ erūpat·et nulla iam virtus ſit·qd caro vincitur.ſi ſpiritus ab ira ſupatꝰ Aliquādo autem dū mēs abſtinentiū ab ira ſe deprimit hanc quaſi peregrina veniēs leticia corrūpit et eo abſtinentie bonū deperit·quo ſeſe a ſpālibus vicijs minime cuſtodit. Vn̄ et rcē p ꝓphetā dicitur. In dieb; ieiunioꝝ veſtroꝝ inueniunt voluptates vrē. Et paulo poſt. In iudicii et et rixas ieiunatis et percutitis pugnis. Voluptas quippe ad leticiā ptin; pugnꝰ ad irā. ieaſſum

ergo p abſtinentiā corpus atteritᷓ. ſi inordinatis dimiſſa motib; mens vicijs diſſipatᷓ Rurſū q; āmonendi ſūt vt abſtinēciam ſuā ⁊ ſēp ſine imminucōne cuſtodiāt. ⁊ nūꝙ hanc apud occultū iudicē eximie v̓tutis credāt ne ſi fortaſſe magni eſſe meriti creditur. cor in elacōne ſubleuetur. Hinc nāq; p ꝓphetā dicitᷓ. Nūquid tale eſt ieiuniū qđ elegi. ſ; frange eſurienti panē tuum. ⁊ egenos vagoſq; induc in domū tuam Qua in re penſādum eſt. virtus abſtinencie ꝙ pua reſpicitᷓ. que non niſi ex alijs v̓tutibus cōmendatᷓ. Hinc Johel ait. Sāctificate ieiunium Jeiunium ꝗppe ſāctificaꝛᷓ ē adiūctis bonis alijs dignā deo abſtinēciam carnis oſtēdere. Ammonendi ſūt abſtinētes vt nouerint ꝙ tūc placētem deo abſtinēciam offerūt. cū ea que ſibi de alimentis ſbtrahunt. indigētib; largiūtur. Sollerter namq; audiēdum eſt. ꝙ per ꝓphetam dominꝰ redarguit dicēs. Cum ieiunaretis ⁊ plangeretis in quīto et in ſeptimo mēſe. p hos. lxx. ānos. nūꝗđ ieiuniū ieiunaſtis m̄. Et cū cōmeditis ⁊ cū bibitis. nūꝗđ nō vob̄ ꝯmeditis ⁊ vobis metipſ bibitis. Nō eni deo ſ; ſibi ꝗſq; ieiunat. ſi ea ꝗ ventᷓ ad tēpꝰ ſbtrahit. nō in opib; tribuit ſ; ventᷓ pꝰmodū efferēda cuſtodit. Jtaq; ne ꝗ illos appetitꝰ gule a mētis ſtatu deiciat. ꝗ iſtos afflicta caro ex elacōne ſupplātet audiāt illi ex

ore veritatis. Attēdite autē vob̄ ne forte grauē
tur corda veſtra in crapula ⁊ ebrietate. ⁊ curis
hui⁹ mūdi. vbi vtiľ quoq; pauce adiungitur
⁊ ſupueniat in vos repentina dies illa. tanq̄ la
queus enim ſupueniet in om̄s qui ſedēt ſup fa
ciem omnis terre. Audiāt iſti non q̄ intrat in
os coiquinat hominē. ſʒ qđ procedit ex ore hoc
coiquinat hominē Audiant illi. eſca vētri. ⁊ vē
ter eſcis. deus autē ⁊ in hunc ⁊ has deſtruet.
Et rurſū. Non in ↄmeſſationibus ⁊ ebrietatibʒ
Et rurſū. Eſca nos non ↄmendat deo. Audiant
iſti q̄ omnia munda mūdis. coinquinatis au
tem ⁊ infidelibʒ nihil eſt mūdum. Audiāt illi q̄
rū de⁹ vēter ē. ⁊ gloria in ↄfuſione ipōꝝ. audiāt
iſti. diſcedēt quidā a fide. ⁊ paulo poſt ꝓhibēti
um nubere. abſtinere a cibis quos de⁹ creauit
ad pcipiēdū cū grāꝝ actione fidelibʒ ⁊ his qui
ↄgnouerūt veritatem. Audiāt illi. bonū eſt nō
mādúcare carnem. neqʒ bibere vinum neqȝ in
quo frater tuus ſcandalizatur Audiāt iſti. mo
dico vino vtere ꝓpter ſtomachum ⁊ frequen
tes tuas infirmitates. q̄tin⁹ ⁊ illi diſcant cibos
carnis inordinate nō appetē. ⁊ iſti creaturā dei
quā nō appetūt ↄdempnare nō audeant.

¶ Qđ aliť āmonēdi ſūt qui iā ſua miſericordi
ter tribuūt atqȝ aliter qui adhuc ⁊ aliena
rape contendunt. Cap. xx.

ALiter ãmonendi ſũt qui iam ſua miſericor diter tribuũt atq₃ aliter qui ꝯ aliena rapere cõtendunt. Ammonendi nãq₃ ſũt qui iã ſua miſericorditer tribuũt ne cogitacõe tumida ſuper eos ſe quib₃ terrena largiũtur extollant. ne idcirco meliores ſe eſtimẽt qꝛ contineri p ſe ceteros vident. Nã terrene domus dñs famuloꝝ ordines miniſteiaq₃ diſpciẽs. hos vt rogãt. illos vero ſtatuit vt ab aliꝭ regãtur. Iſtos iubet vt neccia ceteris prebeant. illos ut accepta ab aliꝭ ſumãt. Et tamẽ plerũq₃ offendunt q̃ regũt. et in patriſfamilias grã permanent qui regũtur. Irã merent qui diſpenſatores ſũt. ꝯ ſine offenſione pdurãt qui ex aliena diſpenſacõe ſubſiſtũt Ammonẽdi ſũt igit̃ qui iã que poſſidẽt miſericorditer tribuũt vt a celeſti dño diſpenſatores eſſe ſe poſitos ſbſidioꝝ tẽporalium agnoſcant ꝯ tanto humiliter prebeant quãto aliena eſſe intelligũt que diſpenſãt. Cumq₃ in illorũ miniſterio quib₃ accepta largiũtur ꝯſtitutos ſe eſſe cõſiderãt. nequaꝙ̃ eoꝝ mentes tumor ſubleuet ſ₃ timor premat. vñ ꝯ neceſſe eſt vt ſollicite perpendãt. ne ꝯmiſſa indigne diſtribuant ne quedã quibus nulla. ne nulla quib₃ quedã. ne multa quib₃ pauca. ne pauca prebeãt quib₃ impẽdere multa debeant. ne precipitacõe hoc qđ tribuũt inutiliter ſpargãt ne tarde petẽtes noxie

crucient·ne recipiende hee gratie intencō furre
pat·ne dacōnis lum̄ laudis trāſitorie appeticō
extinguat·ne oblatū munus ɔiūcta triſticia ob
ſidiat·ne in oblato munere anim⁹ pluſq̄ decet
hylareſcat·ne ſibi quicq̄ cū totum recte imple
uerint tribuāt ⁊ ſimul oīa pt⁹q̄ pegerit pdāt
Ne eni ſibi virtutē ſue libertatis deputent. Au
diant qd ſcriptū eſt. Si quis āmminiſtrat tanq̄
ex virtute q̄ amminiſtrat de⁹· Ne in beneſactis
immoderati⁹ gaudeāt·audiāt qd ſcriptū ē. Cū
feceritis oīa q̄ precepta ſūt vob·dicite·ſerui inuti
les ſum⁹·q̄ debuim⁹ facere fecim⁹. Ne largitatē
triſticia corrūpat· Audiāt qd ſcriptū ē· Hylarē
datorē diligit deus ne in expēſo munere trāſito
riā laudē querāt· Audiant quod ſcriptum eſt
Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua·idem
pie diſpenſacōni nequaq̄ ſe gloria vite pn̄tis
admiſceat·ſ; opus rectitudis appeticō ignor; fa
uoris. Ne impēſe grē viciſſitudinē reqrant. Au
diāt qd ſcriptū ē. Cū facis prādiū aut cenā no
li vocaē aicos tuos neq; frēs tuos neq; cogna
tos tuos neq; vicinos tuos·neq; diuites ne for
te ⁊ ipi ēinuitēt te ⁊ fiat tibi ētribucō ſ; cū faciſ
cōuiuiū voca paupes ⁊ debiles ⁊ claudos et ce
cos·⁊ btūs eis·q; nō hn̄t vn̄ ētribuāt tibi Ne q̄
p̄beda ſūt citi⁹ ſero p̄beātur· Audiāt qd ſcriptū
ē· Ne dicas aico tuo vade ⁊ redītē cras dabo tibi;

cū ſtatim poſſis dare. Ne ſub obtētu largitatis
ea que poſſident inutiliter ſpargāt· audiāt qđ
ſcriptū eſt. Sudet elemoſina ī manu tua. Ne cū
multa neceſſaria ſint pauca largiātur· audiāt
qđ ſcriptum eſt. Qui parce ſeminat parce ⁊ me
tet. Ne cū oportet pauca· plurima ꝓbeāt· ⁊ ipſi
poſtmodum nimie inopiā tolerātes· ad impa
cientiā erūpat. Audiāt qđ ſcriptū eſt. Non vt
aliis ſit remiſſio vobis autē tribulacio. Sed ex
equalitate vrā abundācia illorū inopiam ſup
pleat· vt ⁊ illoꝝ habūdācia vre inopie ſit ſup
plemētum. Cum enim dātis mēs ferre inopiaꝫ
neſcit· ſi multa ſibi ſubtrahit occaſionē ꝯtra ſe
impacieēcie exquirit· prius nāqꝫ preparandꝰ eſt
paciencie aīmꝰ· ⁊ tūc aut multa ſūt· aut cuncta
largiēda· ne dum minꝰ equanimiter inopia in-
tuens fertur· et premiſſe largitatis pereat mer
ces· ⁊ adhuc mētē deterius murmuracio ſubſe
quens ꝑdat. Ne omnino nichil eis prebeāt· q̄-
bus ꝯferre aliq̄d puū debeant· audiāt qđ ſcrip
tum ē. Omni petenti tribue· ne paulatim aliq̄d
prebeant· quibus ꝯferre omnino nichil debent
audiāt qđ ſcriptū eſt. Da bono· ⁊ noli recipere
peccatorē· benefac humili ⁊ nō dederis impio Et
rurſū. Panem tuū ⁊ vinum tuū ſup ſepulturā
iuſti ꝯſtitue· ⁊ noli ex eo manducare ⁊ bibere
cū peccatoribꝫ. Panē enim ſuū ⁊ vinum prebet

peccatoribꝫ· qui iniquis ſubſidia ꝑ eo qđ iniqui ſūt īpendit. vñ ⁊ nōnulli huiꝰ mūdi diuites. cū fame cruciantur criſti pauꝑes effuſis largitati bus nutriunt hiſtriones. Quod vero indigēti etiam peccatori panem ſuum nō quia peccator ſed quia homo eſt tribuīt· nimirum non pecca torem· ſed iuſtum nutrit· quia in illo nō culpaꝫ ſed naturam diligit. Ammonendi ſunt etiam qui iam ſua miſericorditer largiūtur ut ſollicite cuſtodire ſtudeant· ne cum cōmiſſa peccata ele moſinis redimūt· adhuc redimenda cōmittant ne venalem iuſticiam dei eſtiment ſi cum curēt pro peccatis nummos tribuere arbitrentur. ſe inulte poſſe peccare. Plus eſt namqꝫ anima ꝙ eſca ⁊ corpus ꝙ veſtimētum. Qui ergo eſcaꝫ ⁊ veſtimētum pauperibus largitur. ſed tamen anime ł corpis iniqtate polluit. qđ minꝰ ē iuſti cie obtulit ⁊ qđ maius ē culpe. ſua deo dedit ⁊ ſe dyabolo. At cōtra āmonendi ſūt qui adhuc ali ena rape cōtendūt· ut ſollicite audiāt· qđ veni ens in iudiciū dñs dicat. Ait namqꝫ. Eſuriui ⁊ non dediſtis michi manducare. Sitiui ⁊ non de diſtis mihi potū. Hoſpes eram ⁊ nō collegiſtis me. nudus ⁊ non operuiſtis me. Infirmus ⁊ in carcere ⁊ nō viſitaſtis me Quibꝫ etiā promittit dicēs. Diſcedite a me maledicti in ignē eťnū q̄ preꝑatus ē dyabolo ⁊ āgeł eius. Ecce nequaꝙ

audiunt qꝛ rapinas ⁊ aliā q̄lib; violentiā ꝯmi
ſerūt. ⁊ tamē eternis gehenne ignib; mācipan
tur. Hinc ergo colligēdum eſt quāta dāpnacō
ne plectendi ſūt qui aliena rapiūt. ſi tāta ani
madverſione feriūtur qui ſua indiſcrete tenue
rūt. Perpēdāt quo eos obliget reatu res rap
ta. ſi tali ſubiecit nō tradita. Perpēdant quid
mereāt iniuſticia illata. ſi tāta ꝑcuſſione digna
eſt pietas nō impenſa Cū aliena rape intēdūt
audiāt qđ ſcriptū eſt. Ve ei qui multiplicat nō
ſua. Vſq;quo aggrauat ꝯtra ſe denſū lutum.
Auaro quippe denſū lutū ꝯtra ſe aggrauare ē.
terrena lucra cū pondere peccati cumulare. Cū
multiplicare large habitacōnis ſpacia cupiūt
Audiāt qđ ſcriptū eſt. Ve qui ꝯiungitis domū
ad domū ⁊ agꝝ agro copulatis vſq; ad tminū
loci. Nūqd habitabitis ſoli vos i medio terre
Ac ſi aperte dicēt. Quouſq; vos extēditis. q̄ ha
bere in ꝯmuni mūdo conſortes minime poteſtis
Coniūctos quidē premittis. ſ; ꝯtra quos valea
tis extendere ſempꝑ inuenitis. Cū augēdis pecu
niis inhyant. audiat qđ ſcriptū eſt. Auarꝰ nō
implebitur pecunia. ⁊ qui amat diuicias fructꝰ
nō capiet ex eis. Fructꝰ quippe ex eis capiet. ſi
eas bene ſpargere nō amando voluiſſet. Qui
vero eas diligēdo retinet hic itaq; ſine fructu
derelinquet. Cum repleri cunctis ſimul opibus

mardeſcunt·audiāt qđ ſcriptū eſt. Qui feſtinat ditari non erit innocēs. Profecto eni qꝫ augere opes ambit· vitare peccatum negligit ⁊ more auiū captus cum eſcam terrenarū rerū auidus ꝯſpicit· quo ſtranguletur peccati laqueo nō agnoſcit. Cū qlibet pn̄tis mundi lucra deſidiātur ⁊ q̄ de futuro dāpna paciunt̄ ignorāt. Audiāt qđ ſcriptū eſt. Hēditas ad quā feſtinat̄ in pricipio inouiſſimo bn̄dictione carēbit. Ex hac q̄ppe vita iniciū ducim⁹ vt ad bn̄dictionis ſortē i nouiſſimo veiam⁹. Qui itaqꝫ i pricipio hēditati feſtināt· ſortē ſibi inouiſſimo bn̄dictōis āputāt· qꝛ dum p auaritie nequitiā hic multiplicari appetūt illic ab etno patrimonio exheredes fiunt. Cū ꝟ plurima ābiūt vꝉ optinē cūcta q̄ ābigerit poſſunt· Audiāt qđ ſcriptū ē. Quid pdeſt hoī ſi totū lucretur mūdū anime vero ſue detrimētū faciat Ac ſi apte dicat veritas Quid pdeſt hoī ſi totū mūdū qđ ex̄ ſe ē ꝯgregat· ꝫ ſolū qđ ipē ē dāpnat· Pleꝝqꝫ aūt citi⁹ raptoꝝ auaritia corrigit̄ ſi in v̄bis āmonētis q̄ fugitiua ſit pn̄s vita mōſtret̄· ſi eoꝝ ad mediū memoria deducat̄ q̄ ⁊ ditari in hoc mūdo diu conati ſūt ⁊ tam in adeptis diuicijs diu manere nequiuerunt. Quibus feſtina mors repente ⁊ ſimul abſtulit quicquid eoꝝ nequicia nec ſimul nec repente ꝯgregauit· qui nō ſolum hic rapta reliqrunt

ꝙ ſecū ad iudiciū cauſas rapine detulerūt. Hoꝝ itaqꝫ exempla audiāt quos in verbis ſuis proculdubio ⁊ ipſi cōtēpnant. vt cū poſt verba ad coꝛ redeūt. imitaꝛ ſaltē quos iudicāt erubeſcāt.

## Alit̄ qui licet nec aliena rapiunt nec ſua largiūtꝛ: alit̄ q̄ ⁊ ea que habēt vt ſua tribuūt ⁊ aliena rapē nō deſiſtūt. Cap. 22.

Aliter āmonēdi ſūt qui nec aliena appetūt nec ſua largiūtur: atqꝫ aliter āmonēdi ſūt qui ⁊ ea que habēt tribuūt ⁊ tamē aliena rapere non deſiſtūt. Ammonēdi ſūt nāqꝫ qui nec aliena appetūt nec ſua largiunt̄ ut ſollicite ſciāt qđ ea de quā ſūpti ſūt cūctis hominibꝫ terra cōmunis eſt. ⁊ idcirco alimenta quoqꝫ omnibus ꝯmuniter ꝓfert. Incaſſum ſe ergo innocētes putāt. qui ꝯmune dei munꝰ ſibi priuatū vendicant. Qui cū accepta non tribuūt in proximoꝝ nece graſſant̄. quia tot quotidie pene perimūt quot moriencium pauperꝝ apud ſe ſbſidia abſcōdunt. Nā cū quelibet neceſſaria indigentibus miniſtramꝰ. ſua illis reddimꝰ nō noſtra largimur. Juſticie debitū pocius ſoluimꝰ. quā miſericoꝛdie opa impleamus. vn̄ et ipſa veritas cū de miſericoꝛdia caute exhibēda loqueretur ait. Attendite inq̄d ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hominibꝫ. Cui ſentēcie cōſinens pſalmiſta ⁊ dicit. Diſperſit dedit pauperibꝫ. iuſtia eius manet

in ſeculum ſeculi. Cū enim largitatem impēſaꝫ
pauperibus pmiſiſſet nō hāc vocare miſericor
diā ſ; iuſticiā maluit. qꝛ qđ cōmuni dn̄o tribuit
pfecto iuſtū ē vt quicūq; acceperūt eo cōmunit
vtant. Hic etiā ſalomō ait. Qui iuſt9 ē tribuit
a non ceſſauit. Ammonendi ſunt q; ut ſollicite
attēdāt q ficulnea que fruct9 nō habuit ↄtra
hāc diſtrict9 iudex agcola qrit q etiā terrā oc
cupauit. Terrā q;ppe ficulnea ſine fructu occu
pat qn̄ mēs tenacium hoc qđ pdeſſe multis po
terat inutilit ſeruat. Terrā ficulnea ſine fructu
occupat. qn̄ locū quē exercē alius p ſolē boni o
peris valuit ſtultus p deſidie vmbrā premit.
Hij autē nōnunq̄ dicē ſolent. cōceſſis vtimur
aliena nō qrim9 a ſi digna mie retribucōe nō
agim9 nulla tn̄ pu͠ſa ppetram9. qđ idcirco ſēti
unt quia videlicꝫ aurē cordis a verb celeſtibus
claudūt. Neqꝫ diues in euāgelio qui induebā
tur purpurā a byſſo q epulabat quotidie ſplē
dide aliena rapuiſſe ſ; infructuoſe ꝓprijs vſus
fuiſſe perhibetur cūqꝫ poſt hanc vitā vltrix ge
hēna ſuſcepit. nō quia aliquid illiciti geſſit. ſ; qꝛ
immoderato vſu totum ſe licitis tradidit. Am
monendi ſunt tenaces vt nouerint q hāc pri
mā deo iniuriā faciūt q danti ſibi oia nullā mie
hoſtiā reddūt. Hic aeni pſal. ait. Nō dabit deo
placacōem ſuā nec p̄ciū redēpcō. s aie ſue. p̄ciū

nāqꝫ redēpcōnis dare eſt opus bonū preueni
ente nos gratia reddere. Hinc Johānes excla
mat dicēs. Jā ſecuris ad radicem poſita ē. Om
nis arbor que nō facit fructū bonum excidetur
⁊ in ignē mittet᷑. Qui ergo ſe innoxios quia ali
ena non rapiūt eſtimāt· ictū ſecuris vicine pre
uideant· ⁊ torporem improuide ſecuritatis amit
tant ne cū ferre fructus boni opis negligunt a
preſēti vita funditꝰ quaſi a viriditate radicis
exſecentur. At ꝯtra āmonēdi ſunt qui ⁊ ea que
habēt tribuūt ⁊ aliena rape nō deſiſtūt. ne val
de munifici videri appetāt· ⁊ de boni ſpecie deteri
ores fiant. Hi etenim ꝓpria indiſcrete tribuen
tes non ſolum vt ſupra diximꝰ ad impacientie
murmuracōnē ꝓruūt. ſꝫ cogēte ſe iopia vſqꝫ ad
auariciā deuoluūt᷑. Quid vero eoꝝ mente infeli
cius· quibꝰ de largitate auaritia naſcitur. ⁊ pec
catorū ſeges quaſi ex v̉tute ſeminat᷑. Prius ita
qꝫ āmonendi ſūt vt tenere ſua racōnabiliter ſci
ant et tūc demum vt aliena nō ābiant. Si enim
radix culpe in ipſa effuſione nō exurit᷑ nūq̄ ra
mis exuberās auaricie ſpina ſiccat᷑. Occaſio er
go rapiēdi ſubtrahitur· ſi bene prius ius poſſi
dendi diſponat᷑. Tunc vero āmoniti audiāt q̊
modo que hīc miſericorditer tribuāt quādo ni
mirū didicerūt vt bona miſericordie ꝑ interie
ctam rapine nequiciā non ꝯfundāt· Violenter

eni exq̄rūt que misericorditer largiantur. Sed aliud ē ꝑ peccatis miām facē. aliud ꝑ misericordia faciēda peccaē. Que iā nequaq̄ mia nūcupari pōt qꝛ ad dulcē fructū non ꝓficit que p virꝰ pestifere radicis amaēscit. Hic eni ē qꝛ ipsa etiā sacrificia p ꝓphetam dn̄s reprobās dicit. Ego dn̄s diligēs iudiciū ⁊ odio hn̄s rapinā in holocaustū. Hic iterū di.. Hostie impioꝝ ab hoīabiles. qꝛ offerunt ex scelē. Qui sepe q̄ꝫ ex īdigētibꝰ subtrahūt q̄ deo largiunt. ꝫ q̄nta eos aiaduūsione rēnuat. p quēdā salomonē dn̄s demōstrat dicēs. Qui offert sacrificiū ex sb̄stācia paupis q̄si q̄ victimat filiū in ꝯspcū p̄ris sui. Quid nāqꝫ eē intollerabiliꝰ pōt q̄ꝫ mors filij aū oculos p̄ris Hoc itaqꝫ sacificiū q̄nta ira aspiciat ōndit. qd orbati p̄ris dolori cōpat. Et tn̄ pleruqꝫ q̄nta tribuūt pēsāt. quāta aūt rapiūt ꝯsiderae dissimulāt q̄si mercedē numerāt. ⁊ ppendē pccā ēcusāt Audiāt itaqꝫ qd scriptū ē. Qui mercedes ꝯgregauit misit eas in sacculū ptusū. In sacculo q̄ppe ptuso videt q̄n pecunia mittitur. ꝫ q̄n amittitur nō videt. Qui ꝫ q̄nta largiuntur aspiciūt ꝫ quāta rapiūt non ppendunt. In ptuso sacculo mercedes mittūt. qꝛ ꝓfecto has in spē sue fiducie intuētes ꝯgerunt ꝫ nō intuētes pdunt.

Quod aliter āmonendi sunt discordes atqꝫ aliter pacati. Cap. xx6.

ALiter ãmonēdi ſunt diſcordes atq; aliter
pacati. Diſcordes nãq; ãmonēdi ſūt vt cer
tiſſime ſciant qꝫ quãtiſlibet virtutibus polleãt
ſpirituales fieri nullatenꝰ poſſunt. ſi muri ꝑ cō
cordiã proximis negligūt. Scriptū quippe eſt.
Fructꝰ ſpūs eſt. caritas. gaudium. pax. Qui er
go ſeruaē pacem nō curat ferre fructum ſpūs
recuſat Hinc paulus ait. Cū ſit inter vos zelus
⁊ ꝯtencō. nōne carnales eſtis. Hinc iterꝝ dicit
Pacem ſequimini cū omnibꝫ ⁊ ſanctimoniã. ſi
ne qua nemo videbit deū Hinc rurſū ãmonens
ait. Solliciti ſeruare vnitatē ſpiritꝰ. in vinculo
pacis. vnum corpꝰ et vnꝰ ſpiritus. ſicut vocati
eſtis in vna ſpe vocacōnis vr̄e. Ad vnam igitur
vocacōnis ſpiritꝰ nequaq̄ ꝑtingitur ſi non ad
eam vnica cū proximis mēte curratur. At ſepe
nōnulli quo quedã ſpecialiter dona ꝑcipiunt.
ſuꝑbiendo donum ꝯcordie qd maiꝰ eſt amittūt
vt ſi fortaſſe carnem preceteris gule refrenacō
ne quis edomat. cōcordare eis quos ſuꝑat ab
ſtinendo ꝯtempnat. ſed quia abſtinēcia a con
cordia ſeparat. q̄d ãmoneat pſalmiſta perpen
dat. ait enim. Laudate eū in tȳpano et choro.
In tympano nãq; ſicca ⁊ pulſa pellis reſonat
In choro aūt voces ſocietate ꝯcordãt Quiſquis
itaq; corpus affligit ſ; concordiã deſerit deū qui
dem laudat in tympano. ſ; non laudat in choro

Sepe vero dū quoſdā maior ſciētia erigit a cete
rorū ſocietate diſiungit. et q̄ſi q̄ pl⁹ ſapiunt. eo
concordie v̄tute deſipiſcunt. Hi itaq; audiant q̄d
pſemetipſam veritas dicat. Habete ſal in vobꝪ
et habete pacem inter vos. Sal quippe ſine pace
non virtutis eſt donū. ſed dampnacōnis argu
mētum. Quo enim quiſq; melius ſapit. eo de
terius delinquit et idcirco inexcuſabiliter mere
bitur ſupplicium quia prudenter ſi voluiſſet po
tuit vitare peccatū. Quibus recte quoq; per Ja
cobum dicitur. Quod ſi zelū amarum habetis
inter vos et contencōnes ſunt in cordibꝫ veſtris
nolite gloriari et mendaces eſſe aduerſum veri
tatem. Non eſt iſta ſapiētia deſurſū deſcendēs.
ſꝫ terrena animalꝪ dyabolica. Que autē deſurſū
eſt ſapiētia. primū quidē pudica ē. deinde paci
fica. Pudica quidem quia caſte intelligit paci
fica autem quia ꝑ elacōnem ſe minime a proxi
morum ſocietate diſiungit. Ammonēdi ſunt
diſſidentes vt nouerint ꝙ tam diu nullum bo
ni opis ſacrificium immolāt. ꝙ diu a proximoꝝ
caritate diſcordāt. Scriptum nāq; ē. Si offers
mun⁹ tuū āte altare et ibi recordatus fueris ꝙ
frater tuus habet aliquid aduerſus te. relin
que ibi munus tuum ante altarē et vade prius
reconſiliari fratri tuo. et tunc veniēs offeres
mun⁹ tuū. Ex q̄ ſcilicet precepcōne pēſandū eſt

quorũ hoſtia repellitur. ꝙ intollerabilis culpa
monſtratur. Nã cũ mala cũcta bonis ſequẽtibꝰ
diluant. pẽſemꝰ quãta ſit mala diſcordie. que
niſi extincta fuerint funditus. bonũ ſubſequi nõ
ꝑmittũt. Ammonendi ſũt diſcordes ut ſi aures
a mãdatis celeſtibꝫ nõ declinant. mẽtis oculos
ad ↄſiderãda ea q̃ i infimis v̄ſãt aperiãt. ꝙ ſepe
aues vnius eiuſdẽqꝫ generis ſeſe ſocialiter vo
lando non deſerũt ꝙ gregatim animalia bruta
paſcunt. Quia ſi ſollerter aſpicimꝰ ↄcordãdo ſi
bi irracõnabilis natura indicat q̄tũ malum ꝑ
diſcordiã racõnalis natura ↄmittat. quãdo hec
ex racõnis intencõne ꝑdidit. ꝙ illa motu natu
rali cuſtodit. At ↄtra ãmonendi ſũt pacati. ne
dum pluſq̄ neceſſe eſt pacẽ quã poſſidẽt amãt
ad ꝑpetuam venire nõ appetãt. Plerũqꝫ enim
grauius intencõnẽ mẽcium. rex tranquillitas
temptat. vt quo nõ ſunt moleſta que obtinẽt
eo minus amabilia fiant que vocãt. ⁊ quo dele
ctant pñcia. eo non inquirãtur eterna. Vñ ⁊ ꝑ
ſemetipſã veritas loquẽs cũ terrenã pacẽ a ſu
perna diſtingueret atqꝫ ad venturã diſcipulos
ex preſẽti vocaẽt. ait. Pacẽ relinquo vobis. pa
cem meam do vob. Relinquo ſcilicꝫ trãſitoriam
do manſurã. Si ergo in ea cor que relicta ẽ figit
nũq̄ ad illã que danda eſt ꝑuenitur. Pax igit
pñs eſt ita tenenda vt ⁊ diligi debeat ⁊ ↄtẽpni

ne ſi immoderate diligitur diligētis animus in culpa teneatur. vn̄ etiā āmonendi ſunt pacati ne dum nimis humanā pacē deſiderāt. prauos hoim mores nequaq̄ redarguāt. et ꝯſentiēdo ꝑuerſis ab auctoris ſui ſe pace diſiungāt. ne dū humana foras iurgia metuunt interni federis diſcuſſiōne feriantur. Quid ē enim pax trāſitoꝛia niſi quoddā veſtigium pacis eterne. Quid vero demētius eē pōt. q̄ veſtigia in puluē impreſſa diligē. ſ; ipſum a q̊ impreſſa ſūt nō amaē. Hic dauid dū totū ſe ad federa pacis inſne ꝯſtrigeret teſtaē. q̄ cū maƚ concoꝛdiā nō tenēt dicēs. Nōne qui oderūt te deꝰ oderā et ſup inimicos tuos tabeſcebā. Perfecto odio oderā illos. inimici facti ſūt mihi. Inimicos etenim dei pfecto odio odiſſe ē et q̄ facti ſūt diligere et q̄ faciunt increpaē mores ꝑuoꝝ premē. vite ꝓdeſſe. Pēſandū ē igiƚ q̄n ab increpacōne ceſſaē. q̄nta culpa cū peſſimis pax teē ſi ꝓpheta hoc tm̄ veluti hoſtiā deo obtulit q̄ ꝯtra ſe ꝓ dn̄o ꝑuoꝝ inimicitias excitauit. Hinc eſt q̄ leui tribus aſſumptis gladn̄s p caſtroꝛum media tranſiēs. quia feriēdis noluit peccatoribus parcē deo manus dicta eſt ꝯſecraſſe. Hinc finees peccantiū ciuiū gratiam ſpernēs coeuntes cum madianitis pertulit. et iram dei iratus placauit. Hinc per ſemetipſam veritas dicit. Nolite arbitrari q̄ venerim pacē

mittere in terrã. nõ veni pacem mittere ſ; gladi
um. Maloꝝ q̃ppe cũ incaute amiciciis iũgimur
culpis ligamur. vñ et Josaphat qui tot de ãte
acta vita preconiis attollit. de Achab regis a
miciciis pene periturꝰ increpatur. Cui a dño ꝑ
ꝓphetam dicit. Impio prebes auxilium. et his
qui oderũt dñm amicitia iungeris. Et idcirco
iram quidẽ dñi merebeis. ſ; bona opa inuenta
ſunt in te. eo ꝙ abſtuleris lucos de terra iuda.
Ab illo enim q̃ ſũme rectus eſt eo ipſo iã diſcre
pat. quo ꝑuerſoꝝ amiciciis vita nr̃a cõcordat
Ammonendi ſũt pacati. ne ſi ad correpcõis ver
ba ꝓſiliant. tẽpalem pacẽ ſibi ꝑturbari formi
dent. Rurſũq; ãmonẽdi ſũt vt eandem pacẽ di
lectione integra intrinſecꝰ teneãt. q̃ꝑ p inuecti
onem vocis ſibi extrinſecꝰ turbãt. Qd̃ vtrũq; ꝓ
uide dauid ſe ꝓhibet ſeruare cũ dicit. Cũ his q̃
oderũt pacẽ erã pacificus. cũ loquebar illis im
pugnabãt me gratis. Ecce a loquẽs impugna
batur a tamẽ impugnatus eãt pacificus. quia
nec inſaniẽtes ceſſabat reprehẽdere. nec repre
henſus negligebat amare. Hinc etiã paulꝰ ait
Si fieri poteſt ꝙ ex vobis eſt cũ omnibus homi
nibus pacẽ habẽtes. Hortatꝰ enim diſcipulos
vt pacem cũ omnib; haberẽt premiſit dicens.
ſi fieri poteſt. atq; ſubiunxit. qd̃ ex vob̃ eſt. Dif
ficile q̃ppe erat vt ſi mala acta corriperẽt habẽ

pacem cū omnibus poſſent. Sed cum tempal̄ pax in prauorū cordibꝫ ex nrā increpacōe ꝯfū ditur inuiolata neceſſe ē in nr̄o corde ſeruet̄. Recte itaqꝫ ait qd̄ ex vobis ē acſi nimirū dicat qꝛ pax ex duarū pciū ꝯſenſu ſubſiſtit. ſi ab eis q̄ corripiūtur expellitur. integra tn̄ in vrā q̄ cor ripitis mēte teneat̄. Vnde iſdem rurſum diſci pulos āmonet dicens. Si quis nō obedit v̄bo nr̄o per epiſtolam. hūc notate. ⁊ non cōmiſcea mini cū illo vt cōfundat̄. atqꝫ illico adiunxit et nolite vt inimicū eſtimare illū. ſed corripite vt fratrem. Acſi diceret. Pacē cum eo exteriorem ſoluite. ſꝫ iteriorē circa illū medullitꝰ cuſtodite vt peccātis mentē ſic vrā diſcordia feriat q̄tenꝰ pax a vr̄is cordibꝫ nec abnegata diſcedat.

¶ Quod alit̄ āmonendi ſūt ſeminātes Iurgi a atqꝫ aliter pacifici. Cap. xl.

ALit̄ āmonēdi ſūt ſeminātes iurgia atqꝫ alit̄ pacifici. Ammonendi nāqꝫ ſūt q̄ iurgia ſe minant ut cuius ſunt ſequaces agnoſcāt. De a poſtata quippe angelo ſcriptū ē. Cū bone meſſi ꝫiſania fuiſſent inſerta. Inimicꝰ homo hoc fecit De cuius etiā mēbris p ſalomonē dr̄. Homo a poſtata vir inutil̄. gradit̄ ore pu̾ſo. Annuit o cul̄. terit pede. digito loq̄tur. prauo corde machi natur malū. ⁊ in omni tpe iurgia ſeminat. Ecce quē ſeminātē iurgia dicē noluit priꝰ apoſtatā

nominauũt· q̄ꝛ niſi more ſuperbientis ãgeli a cõ
ſpectu conditoris pri⁹ intus auerſione mẽtis ca
deret· foras poſtmodũ vſq; ad ſemnãda iurgi-
a non veniret. Qui recte deſcribitᷣ qꝫ annuit ocu
lis digito loquitur· terit pede. Interior nãq; eſt
cuſtodia· que ordinata ſeruat exterius mẽbra
Qui ergo ſtatũ mentis ꝑdidit· ſubſequẽtᷣ foras
in incõſtantiã motõnis fluit atq; exteriore mo
bilitate indicat qꝫ nulla iteri⁹ radice ſubſiſtat.
Audiãt iurgiorꝝ ſeminatores qđ ſcriptum eſt.
Beati pacifici quomiã filij dei vocabũtur· atq; e
diuerſo colligãt· quia ſi filij dei vocãtur· qui pa
cem faciũt· ꝓculdubio ſatane ſũt filij qui ↄfun
dunt. Omnes autẽ qui ꝑ diſcordiã ſeꝑantur a
viriditate dilectionis areſiũt. Qui et ſi boni ope
ris fructus in ſuis actionib; proferũt profecto
nulli ſunt· q̄ꝛ non ex vnitate caritatis oriuntur
Hinc ergo ꝑpendãt ſeminãtes iurgia q̃ꝫ mul
tiplicͭiter peccãt qui dũ vnã nequiciã ꝑpetrant
ab humanis cordib; cũctas ſimul virtutes era
dicãt. In vno enim malo innumera ꝑagunt q̃
ſeminando diſcordiã caritatẽ que nimirꝝ omni
um virtutũ mater eſt extingũt· Quia autẽ nihil
eſt precioſius deo virtute dilectionis. Nihil eſt
dyabolo deſiderabili⁹ extinctione caritatis. Quiſ
quis ergo ſeminãdo iurgia dilectionẽ proximo
rum ꝑimit· hoſti dei familiari⁹ ſeruit quia q̃ ille

amiſſa cecidit. hanc iſte vulneratis cordibꝫ ſb
trahēs cis iter aſcēſionis abſcīdit At ↄtra āmo
nēdi ſūt pacifici. ne tāte actionis pōdꝰ leuigēt.
ſi int̄ quos fūdaē pacē debeant ignorēt. Nam ſi
cut multū nocꝫ ſi vnitas deſit bonis. ita valde ē
noxiū ſi non deſit malis. ſi ergo puerſorum ne
quitia in pace iungit̄. profecto eoꝝ mal̄ actibuſ
robur augetur. q̄ quo ſibi in malitia cōgruūt
vel eo ſe robuſtius bonorum afflictionibus illi
dunt. Hinc namqꝫ eſt q̄ cōtra dāpnati illius
vaſis videlicet antixp̄i predicatores. diuina vo
ce beato iob dicit̄. Mēbra carniū eius coheren
tia ſibi. Hinc ſub ſquamarū ſpecie de eius ſatel
litibꝫ dicitur. vna vni ↄiungit̄ et ne ſpiraculū q̄
dē incedit p̱ eas. Sequaces quippe illiꝰ q̄ nulla
int̄ ſe diſcordie aduerſitate diuiſi ſūt. in bonoꝝ
nece grauiꝰ glomerātur. Qui ergo iniquos pa
ce ſociat iniq̄tati vires āminiſtrat. quia bonos
deteriꝰ dep̄mūt quos et vnanimiter pſequūtur
Vn̄ predicator egregiꝰ graui phariſeoꝝ ſadu
ceoꝝq̄ pſecutōne apprehēſus iter ſemetipōs di
uidē ſtuduit. quos cōtra ſe vnitos ɋuit̄ vidit.
cū clamauit dicēs. Viri fr̄es ego phariſeus ſū
filiꝰ phariſeorū. de ſpe et de reſurrexione mortu
oꝝ ego iudicor. Dūqꝫ ſaducei ſpē r̄ſurrexionēq̄
mortuoꝝ eē denegarēt q̄ pharisei iux̄ ſacriloq̄i
p̄cepta crederent facta ipſecutoꝝ vnanimitate

diſſenſio eſt. et diuiſa turba paulꝰ illeſus exijt q̄ hūc vnita prius immaniter preſſit. Ammonendi itaqꝫ ſūt qui faciende pacis ſtudijs occupātur. vt prauoꝝ mētibꝰ prius amorem debeāt interne pacis īfundere. quatinꝰ eis poſtmodū valeat exterior pax prodeſſe. vt dū eoꝝ cor in illius cogitacōne ſuſpenditur. nequaꝙ̄ ad nequiciam ex huius pcepcōne rapiat. dūqꝫ ſupnam puident terrenā nullo modo ad vſū ſue deterioracōis inclinent. Cū vero puerſi quiqꝫ tales ſūt vt nocere bonos nequeāt etiā ſi ꝯcupiſcant. inter has nimirū debet terrena pax ꝯſtrui. vt prius q̄ꝫ ab eis valeat ſupna cognoſcī. Vt bij ſcilicet quos cōtra dilectionē dei malicie ſue impietas exaſpat ſaltim ex pximi amore māſueſcāt et quaſi e vicino ad melius trāſeant vt ad illaꝫ que a ſe longius ē pacem conditoris aſcendāt.

Aliter āmonēdi q̄ ſacre legis v̄ba nō recte intelligūt. ſꝫ hec humilit̄ nō loquūt̄. Ca. 27. 48.

ALiter āmonēdi ſūt qui ſacre legis verba non recte intelligūt. atqꝫ aliter qui recte q̄dem intelligūt ſꝫ hec humiliter non loquūtur. Ammonēdi enim ſūt qui ſacre legis verba nō recte intelligūt. vt ppendant quia ſaluberrimū vini potum iuenenū ſibi poculū vertūt. ac p medicinale ferrū vulnere mortali ſe feriunt. dū per hoc in ſe ſana pimūt per qꝺ ſalubriter abſcidē

ſaucia debuerūt. Ammonēdi ſunt vt perpēdāt qđ ſcripturā ſacra in nocte vite preſentis quaſi quedam nobiꝭ lucerna ſit poſita. cuius nimirū verba dū nō recte itelligūt de lumine tenebreſ cūt. Quos videlicʒ ad intellectū prauū intentio ꝑuerſa non raperet niſi prius ſupbai inflarꝫ. Dum enim ſe preceteris ſapientes arbitrātur ſequi alios ad melius intellecta deſpiciunt. atqꝫ vt apud imperitum vulgꝰ ſciēcie ſibi nomē extorqueāt ſtudent ſūope ab aliis recte intellecta deſtruere. ⁊ ſua peruerſa roborare. vn̄ bene per ꝓphetam dicitur. Secuerūt pregnātes galaad ad dilatādum terminū ſuū. Galaad nāqꝫ aceruus teſtimonii interpretaꝭ. Et qꝛ cuncta ſimul ꝯgregacō eccleſie ꝑ ꝯfeſſionē ſeruit teſtimonio veritatis nō incongrue ꝑ galaad eccīa exꝑmiꝭ q̄ ore cunctoꝝ fidelium de deo queqꝫ ſunt vera teſtatur. Pregnātes aūt anime vocanꝭ q̄ itellectū vbi ex diuino amore ꝯcipiūt. ſi ad ꝑfectū tempus veniāt perceptam intelligentiam operis oſtenſione parituꝛe. Terminū vero ſuū dilatare ē opinionis ſue nomē extēdere. Secuerūt ḡ pregnātes galaad ad dilatādū t̄minū ſuum quia nimirum heretici mentes fidelium que iā aliquid de veritatis intellectu cōceperant peruerſa ꝑdicacōe perimunt. ⁊ ſciencie ſibi nom̄ extēdunt. ꝑuuloꝝ corda iā de verbi ꝯceꝑcōe ḡuida

erroris gladio ſcindūt. et quaſi doctrine ſibi opi
nionem faciunt. Nos ergo cū conamur inſtru
ere ne puerſa ſēciant āmoneam⁹. pri⁹ neceſſe
eſt ne inanē gloriā querāt. Si enim radix elaci
onis abſcīdit̄. ꝯſequētē rami praue aſſercōis
areſūt. Ammonēdi ſūt etiā ne errores diſcordi
aſq; generādo legē dei que idcirco data eſt vt
ſacrificia ſatane ꝓhibeat candē ipſā in ſatane
ſacrificiū vertant. Vn̄ per ꝓphetā domin⁹ que
ritur dicēs. Dedi eis frumētum vinū et oleum
et argētum multiplicaui eis et aurū. que fecerūt
baal. Frumētū quippe a dn̄o accipim⁹ quādo
in dictis obſcurioribȝ ſubducto tegimine littere
p medullā ſpūs legis interna ſētimus. Vinū
ſuum nobis dn̄s preſtat cū ſcripture ſue alta
predicacōne nos debriat. Oleū quoq; ſuū no
bis tribuit cū preceptis altioribus vitā noſtrā
blāda lenitate diſponit. Argentū multiplicat
cū nobis luce veritatis plena eloquia ſubmini
ſtrat. Auro quoq; nos ditat quādo cor noſtrū
intellectu ſūmi fulgoris irradiat. Que cūcta he
retici baal offerunt. quia apud auditoꝝ ſuorū
corda corrupte omnia intelligēdo peruertunt. et
de frumēto dei vino atq; oleo argento pariter
et auro ſatane ſacrificium immolāt. quia ad er
rorē diſcordie verba pacis inclināt. Vn̄ āmonē
di ſūt vt ppēdāt qꝫ dum puſa mēte de pceptis

pacis diſcordiā faciūt· iuſto dei examine ipſi de
verb' vite moriūtur· At coñ āmonēdi ſūt q̄ recte
quidē verba legis intelligūt ſʒ hec humilit̄ non
loquunt̄ ut in diuinis ſmonibꝫ priꝰ q̄ꝫ eos aliis
ꝓferāt ſemetipōs req̄rāt· ne inſequētes aliorū
facta· ſe deſerant· ⁊ cum recte de ſacra ſcriptura
ſētiūt· hoc ſolum qd̄ p illā ꝯtra elatos dr̄ nō at
tendāt. Improbꝫ q̄ppe ⁊ ipeitus ē medicꝰ q̄ alie
nū vulnꝰ mederi appetit ⁊ ipſe vulnus qd̄ patit̄
neſcit. Qui ḡ v̄ba dei huilit̄ nō loquunt̄ ꝓfecto
āmonēdi ſūt ut cū medicamina egris apponūt
priꝰ virꝰ ſue peſtis inſpitiāt ne aliꝰ medēdo mo
riant̄. Ammonci debent ut ꝯſiderēt ne a v̄tute
dicti dicendi q̄litate diſcordent ne loquēdo ali
ud· ⁊ oñdēdo aliud predicēt· Audiant itaqꝫ qd̄
ſcriptū ē. Si q̄s loq̄tur q̄ſi ſmones dei. Qui ḡ v̄
ba q̄ ꝓferāt ex ꝓpriis nō hn̄t cur q̄ſi de ꝓpriis tu
mēt. Audiāt qd̄ ſcriptū ē. Sic ex deo corā deo in
xp̄o loq̄mur. Ex deo eni corā deo loquit̄· q̄ p̄dica
cōis v̄bū ⁊ qꝛ a deo accepit itelligit· ⁊ placē per
illd̄ deo nō hoibꝫ q̄rit. Audiāt qd̄ ſcriptū ē Ab
hoiacō dn̄i ē omis arogans. Quia viꝫ dū in v̄bo
dei gloriā ꝓpriā q̄rit ius dātis inuadit· eumqꝫ
laudi ſue poſtponē nequaq̄ȝ metuit· a quo hoc
ipſū qd̄ laudat̄ accipit Audiāt qd̄ p̄dicatori p
ſalo· dr̄ · Bibe aquā de cyſterna tua ⁊ fluēta pu
tei tui diriuent̄ fontes tui foras ⁊ i plateis aq̄s

diuide. Habeto eas ſol9. nec ſint alieni pn̄cipes tui. Aq̄ q̄ppe predicator de cyſterna ſua bibit cū ad cor ſuum rediēs prius audit ipē qd dicit. Bibit ſui fluēta putei ſi ſui irrigacōne inſūdit̄ vbi. vbi bn̄ ſubiungit̄. Deriuentur fontes tui foras. ⁊ in plateis aquas diuide. Rectū quippe eſt. vt prius ipſē bibat ⁊ tūc predicando alijs influat. Fōtes nāq; foras deriuare eſt. exterius alijs vim predicacōis infundere. In plateis autem aquas diuidere eſt. in magna auditorum amplitudine iuxta vniuſcuiuſq; qualitatem diuina eloquia diſpēſare. Et quia plerūq; inanis glorie appetitus ſubripit. dū ſermo diuinus ad multorū noticiā currit. Poſt q̄ⁿ dictū eſt aq̄s diuide. recte ſubiūgitur. Habeto eas ſol9. nec ſint alieni pn̄cipes tui. Alienos q̄ppe malignos ſpiritus vocat. de quib; ꝓpheta tēptati voci hois dicit. Alieni inſurrexerūt i me ⁊ fortes queſierūt aiam meā. Ait ergo. Aquas ⁊ in plateis diuide ⁊ tn̄ ſolus habe. Ac ſi apcius dicat. Sic neceſſe eſt vt predicacōni exteri9 ſeruias. quaten9 per elacōnem te immūdis ſpiritibus nō cōiungas. ne in diuini verbi miniſterio hoſtes tuos ad te pn̄cipes admittas. Aq̄s ergo et in plateis diuidim9 ⁊ tamē ſoli poſſidemus quando exterius late predicacōem fūdim9 ⁊ tn̄ per eam humanas laudes aſſequi minime ābimus.

Quod alit̃ ãmonẽdi ſũt q̃ cũ p̃dicaꝛe digne va
leãt pꝛe nimia humilitate foꝛmidãt. atꝫ alit̃
quibꝫ cauſa p̃dicacõis ipfecto vel etas ꝓhi
bet a tñ pꝛecipitacõ impellit.  Cap. xxix.

Aliter ãmonẽdi ſũt qui cũ predicare vale
ant pre nimia humilitate foꝛmidãt. atqꝫ a
liter ãmonẽdi ſũt quos a predicacõe impfectio
vl̃ etas ꝓhibet. a tñ p̃cipitacõ impellit. Ammo
nẽdi nãqꝫ ſũt. qui cũ predicare vtiliter pñt. im
moderata tñ humilitate effugiũt vt ex minori
ↄſideratione colligãt. qñtum i maioꝛibꝫ rebꝫ deli
quãt. Si eni indigẽtibꝫ ꝓximis ipſi q̃s haberẽt
pecunias abſcõderẽt. adiutoꝛes ꝓculdubio ca
lamitatis extitiſſent. Quo ergo reatu aſtringã
tur aſpiciãt. q̃ dũ peccantibꝫ frĩbꝫ v̂bum pꝛedi
cacõis ſubtrahũt. moꝛienubꝫ mẽtibꝫ vite reme
dia abſcõdunt. vñ a bene quidã ſapiẽs dicit.
Sapiẽtia abſcondita a theſaurꝰ inuiſus. q̃ vti
litas utriuſqꝫ Si populũ fames attẽr. a occulta
ſibi frumenta ſeruaret auctoꝛes proculdubi
o moꝛtis exiſterent. Quanta itaqꝫ plectendi ſũt
pena conſiderent. qui cum fame verbi anime
pereant ipſi panẽ percepte gratie non miniſtrãt
vnde bene per ſalomonem dicitur. Qui abſcon
dit frumenta maledicetur in populis. Frumẽ
ta quippe abſcondere eſt predicacõnis ſancte
apud ſe verba tenere. In populis autem talis

quiſq; maledicitur· q in ſolius culpa ſilencii p
multorũ quos corrigere potuit pena dampnat
Si medicinalis artis minime ignari ſecandum
vulnus cernerēt. et tamē ſecare recuſarent·pro
fecto peccatum fraterne mortis ex ſolo torpore
cōmitterent. Quanta ergo culpa inuoluantur
aſpiciant. qui dum cognoſcant vulnera men
ciũ curare negligunt ſeccōne verborum. Vnde
et bene per pphetam dicitur. Maledictus qui p
hibet gladium ſuũ a ſanguine. Gladium quip
pe a ſanguine prohibere eſt predicacōnis ver
bum a carnalis vite interfectione retinere· De
quo rurſum gladio dicitur. Et gladius meus
deuorābit carnes· Hii itaq; cum apud ſe ſermo
nem predicacionis occultant diuinas contra
ſe ſentencias terribiliter audiant· quatenus
ab eorum cordibus timorem timor expellat.
Audiant q talentum qui erogare noluit cum
ſentencia dampnacionis ammiſit. Audiant q
paulus eo ſe a proximorũ ſanguine mundum
credidit· q feriendis eorum viciis non pepar
cit· dicens. Conteſtor vos hodierna die quia
mundus ſum a ſanguine omnium veſtrorum
Non enim ſubterfugi quo minus annũciarem
omne conſilium dei vobis. Audiant q voce
angelica Johānes āmonet cum dicit. Qui au
dit dicat veni· vt nimirum cui ſe vox interna

inſinuat·illuc etiā alios clamando quo ipſe ra
pitur: trahat ne clauſas fores etiā vocatus inue
niat·ſi vocanti vacuus appropinquat· Audiāt
qđ yſaias qui a verbi miniſterio tacuit illuſtra
tus a ſupno lumine magna voce penitēcie ſeip
ſe reprehendit dicens. Ve m̄ quia tacui. Audi
ant qđ p ſalomonē in illū predicacōis ſciētia
multiplicari pmittitur· q̄ in hoc qđ iā obtinuit
corporis vicio non tenet·ait nāq; . Anima que
benedicit impinguabit·et qui inebriat·ipſe q̄ʒ
inebriabitur. Qui enim exteri⁹ predicādo bene
dicit interioris augmēti pinguedinē recipit·et
dū diuino eloquio auditorū mentē debriaē nō
deſinit potu multiplicati muneris debriatus ex
creſcat. Audiāt qđ dauid hoc deo in munere ob
tulit · qꝛ predicationis gratiā quā acceperat nō
abſcondit dicens. Ecce labia mea non phibebo
dn̄e tu cognouiſti. Juſticiā tuā non abſcondi i
corde meo veritatē tuam et ſalutare tuū dixi.
Audiant qđ ſponſi colloquio ad ſponſam dicit
Que habitas in ortis amici auſculta·fac me au
dire vocem tuam. Eccleſia quippe in ortis habi
tat · que ad viriditatem intimam exculta plā
taria virtutum ſeruat . Cuius vocem amicos
auſcultare eſt electos quoſq; verbum predica
cionis illius deſiderare · quā videlicet ſponſus
audire deſiderat · quia ad predicationeʒ ſuā p

electoꝝ ſuorum animas d̄belat. Audiāt ꝙ moy
ſes cū iraſcentē deum populo cerneret. ⁊ aſſumi
adulciſcendū gladios iuberet. illos a pte dei de
nunciauit exiſtere. qui delinquēcium ſcelera in
cunctāter ferirēt dicēs. Si quis eſt dñi iungat
m̄. Ponat vir gladiū ſuum ſup femur ſuū. ite ⁊
redite de porta vſq₃ ad portam. p mediū caſtro
rū. ⁊ occidat vnꝰquiſq₃ frēm ſuum ⁊ amicū et
ꝓximū ſuum. Gladium q̄ppe ſup femur ponē ē
predicacōis ſtudiū voluptatib₃ carnis antefer
re. vt cum ſācta quis ſtudet dicē curet neceſſe ē
illicitas ſuggeſtiones edomare. De porta vero
vſq₃ ad portā ire eſt. a vicio vſq₃ ad vicium per
qđ ad mētem mors ingredit̄ increpādo diſcur
rere. Per medium vero caſtroꝝ trāſire eſt. tan
ta equalitate intra eccleſiā viuere. vt qui delin
quēcium culpas redarguit in nullius ſe debeat
fauore declinare. vñ et recte ſbiungit̄. Occidat
vir frēm ⁊ amicū et ꝓximum ſuum. Fratrē ſcī
licet ⁊ amicū ꝓximum interficit. qui tñ punien
da inuenit ab increpacōis gladio nec eis quos
ꝓcognacōe₃ diligit pcīt. Si ergo ille dei dicitur
qui ad ferienda vicia zelo diuini amoris excita
tur. ꝑfecto eſſe ſe dei denegat q̄ ⁊ inquātum ſuf
ficit increpare vitā carnaliū recuſat. At cōtra
āmonendi ſūt quos a predicacōis officio vel
impfectio vel etas ꝓhibet ⁊ tamen precipitacō

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

impellit·ne dū tāti ſibi onus officij precipitaci
one arrogāt·viā ſibi ſubſequētis melioracōis
abſcidāt·⁊ cū arripiūt intēpeſtiue qđ nō valēt
ꝑdāt etiā qđ ipſē qñq3 tēpeſtiue potuiſſent at
q3 ſciētiā qꝛ incōgrue conant̄ oñdere·iuſte oſtē
dant̄ amiſiſſe·Ammonēdi ſūt ut ꝯſiderent qđ
pulli auiū ſi añ pēnaꝝ pfectionē volaē appetūt
vñ ire in alta cupiunt inde i ima merguntᷣ·Am
monēdi ſūt vt ꝯſiderēt qđ ſtructuris recentibꝰ
nec dūq3 ſolidatis·ſi tignoꝝ pondus ſuppoint
nō habitaculū ſ3 ruina fabricat̄·Ammonendi
ſūt ut conſiderēt qđ ꝯceptas ſoboles ſeie ſi priꝰ
q̄ formētur plene pferūt·nequaq̄ domos ſ3 tu
mulos replēt Hic ē enim qꝛ ipſa veritas q̄ repē
te quos vell3 roboraē potuiſſet ut exēplū ſequē
tib3 daēt ne impfcē p̄dicaē preſumēt poſt q̄ ple
ne diſcipulos de v̄tute predicacōis īſtruxit·illi
co adiūxit·Vos aūt ſedete in ciuitate quouſq3
induamini virtute ex alto·In ciuitate q̄ppe cō
ſedemꝰ ſi intra mētium noſtrarū nos clauſtra
cōſtrigimꝰ ne loquēdo exteriꝰ euagemur·ut cū
v̄tute diuina pfecte induimur tūc a nobmetipſ
foras etiā alios inſtruētes exeamꝰ·Hinc ꝑ quē
dā ſapientē dr·Adoleſcens loquere in cauſa tu
a vix·⁊ ſi bis interrogatus fueris habeat initi
um reſponſio tua·Hīc ē qđ idem redēptor noſter
cum in celis ſit cōditor ⁊ oſtēſionis ſue potēcia

ſemp doctor angeloꝝ ante tricenale tempus in terra magiſter fieri voluit hominū. vt videlicet precipitatis vim ſaluberrimi timoris infunderet cū ipſe etiā qui labi nō poſſit pfecte vite gratiā non niſi pfecta etate predicaret. Scriptū qppe eſt. Cū factus eſſet ānoꝝ duodecim remāſit puer iheſus ī iheruſalē. De quo a parētibus requiſito paulo poſt ſubdit. Inuenerūt illū in templo ſedentē in medio doctorū ꝛ in terrogātem illos ꝛ audientē. Vigilāti itaqꝫ cōſideracone pēſandū eſt. ꝙ cū iheſus ānoꝝ duodecim dicitur in medio doctoꝝ ſedens nō docēs. ſꝫ interrogās inuenit. Quo exēplo ſcilicꝫ oſtēdit ne infirmꝰ docere quis audeat. ſi ille puer doceri interrogādo voluit. qui p diuinitatis potēciam verbū ſciēcie ipſis ſuis doctoribꝫ miniſtrauit. Cū vero p paulū diſcipulo dicit. precipe hec ꝛ doce. nemo adoleſcenciā tuam ꝯtempnat. ſciēdum vobꝭ eſt quia in ſacro eloquio aliquādo adoleſcēcia iuuentus vocatur. Qd citius oſtendit. ſi ſalomonis ad medium verba pferātur qui ait. Letare iuuenis in adoleſcētia tua. Si enim vnum eſſe. vtraqꝫ non diſcerneret. quē monebat. in adoleſcētia iuuenē non vocaret.

Aliꝭ q̄ in hoc qd tpaliꝭ appetūt. proſperātꝭ. aliꝭ q̄ ea quidē q̄ mūdi ſūt ꝯcupiſcunt. ſꝫ tn̄ aduſitatis labore. Cap. 2A. 50.

Aliter ām̄onendi ſunt q̄ in hoc qđ tempali
ter appetūt pſpantur. atꝫ aliter qui ea qui
dem que mundi ſunt concupiſcunt. ſed tamen
aduerſitatis laboꝛe fatigātur. Ammonēdi nāqꝫ
ſūt qui in hoc qđ tēpaliter appetunt pſpant. ne
cū cuncta ad nomē ſuppetunt. dātē q̄rere negli
gāt. ſed in his q̄ dantur animū figant. ne pere
grinacōem pro patria diligant. ne ſbſidia itine
ris in obſtacula peruencōnis vertāt. ne noctur
no lune lumine delectati claritatē ſolis vidē re
fugiant. Ammonēdi nāqꝫ ſunt ut quē in hoc
mūdo ꝯſequūtur. calamitatis ſolatia. nō aūt p̄
mia ētribucōis credāt. ꝟ cōn̄ fauoris mūdi mē
tē erigāt. ne in eis ex tota cordis delectacōe ſue
cūbant. Quiſq̄s enim pſpitatē q̄ vtitur apud
iudiciū cordis melioris vite amoꝛē nō reprimit
fauoꝛē vite tranſeūtis in mortis ppetue occaſio
nem vertit. Hic eſt enī q̄ ſub ydumeoꝝ ſpecie
q̄ vincēdos ſe pſpitati ſue reliquerāt. ī huiꝰ mū
di ſucceſſibꝫ letātes īcrepātur cū dicit. Dederūt
terrā meā ſibi ī hēditatē cū gaudio. et toto cor
de et ex aīo. quibꝫ verb ppēdit q̄ nō ſolū q̄ gau
deant. ꝟ q̄ toto corde et ex aīo gaudeāt diſtricta
reprehēſione feriantur. Hinc ſalomō ait. Auerſio
puulorꝝ interficiet eos et pſpitas ſtultorum
pdet illos. Hinc paulꝰ ām̄onꝫ dicens. Qui emūt
tanq̄ non poſſidētes. et qui utuntur hoc mundo

tanq̄ non vtatur. vt videlicȝ ſic nobis que ſup
petūt exterius ſeruiāt. quatin⁹ a ſupne dilecti
onis ſtudio animū nō inflectāt. nec luctū nob
interne pegrinacōis temperent. ea que in exili
o poſitis ſubſidium prebēt. et quaſi felices nos
in trāſitorijs gradiamur. q̄ ab eternis nos in
terim miſeros cernimus. Hinc nāqȝ eſt. q ele
ctorum voce dicit eccleſia. Leua eius ſb capite
meo et dextera illius amplexabit me. Siniſtrā
dei pſpitatem videlicȝ vite preſentis quaſi ſb
capite poſuit quā intencōne ſūmi amoris pmit.
Dextera vero eā amplectitur q ſub eterna eius
beatitudine tota deuocōne ɔtinet. Hinc rurſus
p ſalomonē dicit. Lōgitudo dierꝫ in dextera illi
us. in ſiniſtra vero illius diuicie et gloria. Diui
cie itaqȝ et gloria qualiter ſint habēda docuit.
que poſita in ſiniſtra memorauit. Hinc pſalmi
ſta ait. Saluū me fac dextera tua. Neqȝ eni ait
manus ſ; dextera vt videlicȝ cū dexterā dicēt q
eternā ſalutem querēt indicaret. Hinc rurſū
ſcriptū eſt. Dextera man⁹ tua dn̄e cōfregit in
imicos. Hoſtes enim dei et ſi in ſiniſta eius pro
ficiūt. in dextera frāgūtur. q plerūqȝ prauos
vita preſens eleuat. ſ; aduentus eterne beatitu
dinis dampnat. Ammonēdi ſūt qui in hoc mū
do pſpantur. vt ſollerter ɔſiderēt q pn̄tis vite
proſperitas aliqn̄ idcirco datur. vt ad meliorē

vitā prouocet aliqñ vero ut in eternū plenius dānet. Hinc ē eni ꝙ plebi iſrhitice chanaan ter ra ꝓmittit. vt quādoq; ad eterna ſpanda ꝓuo cetur. Neq; enim rudis ille popul9 ꝓmiſſionib; dei in lōginquū crederz. ſi a ꝓmiſſore ſuo nō etiā e vicino aliquid percepiſſet. vt ergo ad eterno rū fidē certius roboret nequaꝗ̄ ſolūmō ſpe ad res ſ; reb; quoq; ad ſpē trahit. Qd liq̄do pſal miſta teſtatur dicens. Dedit eis regiones gen cium ⁊ labores populorū poſſiderūt. vt cuſtodi ant iuſtificacōnes eius ⁊ legez eius requirāt. Sed cū largiētem dñm humana mēs boni ope ris reſponſione non ſequitur. vnde nutrita pie creditur. inde iuſtius dāpnatur. Hinc enim per pſalmiſtaz ruſū dicit. Deiceiſti eos dū allcua rentur. Quia videlicet reprobi cum recta opera diuinis muneib; nō repēdūt cū totos ſe ſ; deſe runt. ⁊ affluentib; proſpitatibus dimittunt. Vn̄ exterius proficiunt. inde ab infimis cadūt Hinc eſt ꝙ in inferni cruciatu diuiti dicitur. Recipiſti bona in vita tua. Idcirco enim hic bo na recepit et malus vt illic plenius mala reci peret. quia hic fuerat nec per bona couerſus At contra ammonēdi ſunt qui ea quidem que mūdi ſūt ↄcupiſcunt ſ; tñ adūſitatis labore fati gant. vt ſollicita ↄſideracōne ppendāt. Creator diſpēſatorq; cū ctoꝝ quāta ſup eos grā vigilat

quos in ſua deſideria nõ relaxat. Egro q̃ppe quẽ
medicus deſpat cõcedit vt cũcta que ɔcupiſcit
accipiat. Nã quẽ ſanari poſſe credit̄. a multis
que appetit prohibet̄. et pueris nũmos ſubtra
himus. quib; tota ſimul patrimonia heredib9
reſeruamus. Hinc ergo de ſpe eterne heredita
tis gaudium ſumãt. quos aduerſitas vite tpa
lis humiliat. quia niſi ſaluãdos imppetuũ cer
neret. erudiẽdos ſb̄ diſcipline regimine diuina
diſpenſacõ nõ frenaret. Ammonẽdi itaq; ſũt
qui in hijs que tpaliter ɔcupiſcunt aduerſita
tis labore fatigãtur. vt ſollicite ɔſiderẽt ꝙ plerũ
q; etiã iuſtos cũ tpalis potencia ſuſtulit velut
in laqueo culpa cõprehẽdit. Nã ſicut in priori
huius voluminis pte iam diximus. dauid deo a
mabil' rectior fuit in ſeruitute ꝙ̃ cũ puenit ad
regnũ. Seruus nãq; amore iuſticie deprehenſũ
aduerſarium ferire timuit. Rex aũt pſuaſione
luxurie deuotũ militẽ etiã ſub ſtudio fraudis ex
tinxit. Quis ergo opes quis poteſtatẽ quis glo
riam querat innoxie. ſi a illi exſtiterũt noxia q̃
hec habuit nõ queſita. Quis inter hec ſine ma
gni diſcriminis labore ſaluabitur. ſi ille in hijs
culpa interueniẽte turbatus eſt. qui ad hec fue
rat deo eligẽte prepatus. Ammonẽdi ſũt ut cõ
ſiderẽt qd ſalonõ qui poſt tãtã ſapiẽciam vſq;
ad ydolatriã cecidiſſe deſcribitur. nichil in hoc

mūdo anteq̄ᵽ cadēt adūsitatis habuisse memo
reẽ. ƀ cōcessa sapiētia fūdit⁹ cor deseruit qd nul
la ł minima ƚbula oīs discıplina custodiuit.
Quod aliter āmonēdi sūt ꝯiugījs obligati
atꝫ aliť a cōiugī nexibꝫ liberi. Cap. xl.

Aliter āmonendi sūt ꝯiugījs obligati atqꝫ aliter a ꝯiugī nexibus liberi. Ammonendi namqꝫ sūt cōiugījs obligati vt cū vicissim q̄ sunt alterius cogitāt. sic eoꝝ quisqꝫ studeat placere coniugi vt non displiceat conditori. sic ea que huius mundi sunt agāt. vt tamen appetere que dei sunt non omittāt. Sic de bonis presētibus gaudeant vt tamē intencōe sollicita mala eterna ptimescant. Sic de malis tempalib⁹ lugeant vt tn̄ consolacōne integra spē integrā in bonis perhennibus figāt quaten⁹ dū intransitu ꝯgnoscunt esse qd agunt. In mansione sciant qd appetūt. nec mala mūdi cor confringāt cum spes bonoꝝ celestium roborāt. nec bona presentis vite decipiāt cū suspecta subsequētis iudicij mala contristant. Itaqꝫ anim⁹ xpianorum ꝯiugū. ꝛ infirm⁹ est ꝛ fidel. q̄ ꝛ plene cuncta tēporalia despicē nō valꝫ ꝛ tn̄ eternis se ꝯiūgere p desideriū valꝫ. q̄uis i delectacōe carnis interi iaceat. supne spei īfectione ꝯualescat. ꝛ si hꝫ q̄ mūdi sūt in vsu itineris spat q̄ dei sūt in fructu puē cōis. nec totū se ad hoc qd agit ꝯferat. ne ab eo

ꝙ robuſte ſpare debuit cadat. Qd bene ac bre
uiter paulus exprimit dicēs. Qui hn̄t vxores
tāq̄ non habētes ſint ⁊ qui flent tanq̄ nō flen
tes ⁊ qui gaudēt tanq̄ non gaudentes. Vxorē
quippe tanq̄ non habēdo habet. qui ſic ꝑ illam
carnali ꝯſolacōne vtitur. vt tamē nūq̄ ad pra
ua opera a melioris intencōnis rectitudine eius
amore flectatur. Vxorē quaſi nō habendo habꝫ
qui trāſitoria cūcta cōſpiciēs. curā carnis ex ne
ceſſitate tollerat ſꝫ eťna gaudia ſpūs ex deſide
rio exſpectat. Nō flendo aūt flere eſt. ſic exterio
ra aduerſa plangere vt tn̄ nouerit eterne ſpei
ꝯſolacōe gaudere. ⁊ rurſum nō gaudendo gau
dere eſt. ſic de infimis animū attollere vt tam̄
nūq̄ deſinat ſūma formidare. Vbi apte quoqꝫ
paulo poſt ſubditur. Preterit enim figura hu
ius mūdi. Ac ſi apte diceret. Nolite cōſtanter
mūdum diligere quādo ⁊ ipſe non poteſt quē
diligitis ſtare. Incaſſum cor quaſi manētes fi
gitis dū fugit ipſe quē amatis. Ammonēdi ſūt
ꝯiuges vt ea que ſibi aliquādo diſplicēt ⁊ paci-
ētes inuicem tollerāt ⁊ exhortātes inuicem ſal
uent. Scriptū namqꝫ eſt. Inuicē onera portate
⁊ ſic adimplebitis legē criſti. Lex quippe xp̄i ca
ritas eſt que ex illo nobis ⁊ largit̄ ſua bona cō-
tulit ⁊ equanimit̄ mala noſtra portauit. Tūc
ergo legē xp̄i meditando cōplemus. quādo ⁊

noſtra bona benigne ↄferimus· ⁊ noſtrorū ma
la pie ſuſtinem⁹· Ammonēdi quoq̧ ſūt ut eoꝝ
quiſq̧ nō tā q̄ ab altero tolerat q̄ꝫ q̄ ab ipō to
lerantᷣ attēdat· Si eni ſua q̄ portantᷣ ↄſiderat eo
q̄ ab altero ſuſtinꝫ leui⁹ portat. Ammonēdi ſūt
ↄiuges ut ſuſcipiēde prolᷣ ſe meminerint cauſa
ↄiūctos· ⁊ cū immoderate āmixtioni ſuiētes ꝓ
pagacōis articulū in vſū trāſferūt voluptatis
ꝑpendāt qd licꝫ extra nō exeūt· in ipō tn̄ ↄiugio
cōiugii iura tranſendūt· vnde neceſſe eſt vt cre
bris exoracionib⁹ deleant qd pulchrā ↄplere
ſpēm admixtis voluptatibus fedant. Hinc eſt
eni q̄ꝫ perit⁹ medicine celeſtis apl's nō tā ſan⁹
inſtituit· q̄ꝫ infirmis medicamēta mōſtrauit di
cēs De quibꝫ ſcripſiſtis mī bonum ē homini mu
lierē nō tāgere ꝑpt fornicaciones aūt vn⁹ q̄ſqꝫ
vxorē ſuaꝫ habeat ⁊ vnaqueqꝫ viꝝ ſuū habeat
Qui eni fornicacōis metū p̄miſit ꝓſcō nō ſtātibꝫ
preceptū nō ↄtulit· Sꝫ ne fortaſſe i terrā ruerent
lectū cadētibꝫ oñdit· vn̄ adhuc infirmātibꝫ ſub
didit· vxori vir debitū rēddat· ſimiliᷣ aūt ⁊ uxor
viro· Quibꝫ dū in magna honeſtate ↄiugii· ali
q̄d de voluptate largireᷣ adiūxit· Hoc aūt dico
ſcdm idulgētiā nō ſcdm impiū. Culpa q̄ppe eē
innuitᷣ· qd idulgeᷣ phibetᷣ· ſꝫ q̄ tāto citi⁹ relaxatᷣ
qn̄to nō p hāc illicitū qd agitᷣ· ſꝫ hoc qd ē licitū
ſb moderāmine nō tenetᷣ Qd bn̄ loth i ſemetipō

exprimit quī ardētem ſodomā fugit. Sed tamē
ſegoꝛ inueniēs nequaꝗ̄ mox mōtana ↄſcendit
Ardentē ꝗ̄ppe ſodomā fugere eſt· illicita carnis
incēdia declinare. Altitudo vero ē monciū. mun
dicia cōtinēcium. Vel certe quaſi in mōte ſūt. ꝗ̄
etiā carnali copule inherent· ſ; tamē extra ſuſci
piēde prolis āmixtionem debitam· nulla carnis
voluptate ſoluūtur. Jn mōte quippe ſtare quid
eſt. niſi fructū ꝓpaginis incarneū querere. Jn
mōte ſtare eſt carni carnaliter non adherere.
Sz quia multi ſunt qui ſcelera quidē carnis deſe
rūt· nec tamē in ↄiugio poſiti vſus ſolūmodo de
biti iura ↄſeruēt. Exijt quidē loth ſodomam· ſ;
tamen mox ad mōtana non ꝑuenit· q̄ꝛ iam dā
pnabilis vita relinquit̄ ſed adhuc celſitudo cō
iugalis ↄtinencie ſubtiliter non tenetur. Eſt ve
ro in medio ſegoꝛ ciuitas que fugiētem ſaluat
infirmū· q̄ꝛ videlicȝ cū ſibi ꝑ incōtinēciā miſcent̄
ↄiuges· et lapſus ſcelerum fugiunt et tamē veni
a ſaluātur. Quaſi paruā quippe ciuitatem inue
niūt in qua ab ignibus defendātur· q̄ꝛ cōiugal̄
hec vita non q̄dem in virtutibȝ mira eſt· ſ; tamē
ſupplicijs ſecura. Vn̄ et iſdem loth ad āgelum
dicit. Eſt ciuitas hec iuxta ad quā poſſum fuge
re parua· et ſaluaboꝛ in ea. Nūquid nō modica
eſt. et viuit in ea aīa mea. Juxta igit̄ ſegoꝛ dicit̄
et tamē ad ſalutē tuta ꝑhibetur· quia ↄiugalis

vita nec a mundo longe diuiſa eſt. nec tamen a
gaudio ſalutis aliena. ſ; tunc in actione hac vi
ta ſuā ꝯiuges q̄ſi in parua ciuitate cuſtodiunt
quādo ꝑ ſe aſſiduis dep̄cacōibꝫ intercedūt. vñ
⁊ recte p angelū ad eūdem loth dr̄. Ecce etiam in
hoc ſuſcepi preces tuas vt non ſubuūtam vrbem
ꝓ qua locutus es. Quia videlicꝫ cū deo dep̄cacō
funditur. nequaq̄ꝫ talis ꝯiugū vita dāpnatur
De qua dep̄cacōne ꝙ paulus āmonet dicēs No
lite fraudari inuicem niſi forte ex conſenſu ad
tempus vt vacetis oracōni. At cōtra āmonen
di ſunt qui ligati coniugijs non ſunt vt precep
tis celeſtibus eo rectius ſeruiant. quo eos ad
curas mundi nequaq̄ꝫ iugum copule carnalis
īclinat. vt quos onꝰ licitū ꝯiugij nō grauat. ne
quaq̄ꝫ pondꝰ illicitū terrene ſollicitudinis ꝑmat
ſ; tāto eos paratiores dies vltimꝰ. quāto expedi
cioēs inueniat. ne q̄ meliora agē vacātes pn̄t ſ;
tn̄ negligūt. eo ſupplicia deteriora mereāt. Au
diāt cū paulꝰ quoſdā ad celibatꝰ grāꝫ iſtruerꝫ
non ꝯiugium ſpreuit. ſ; curas mūdi naſcētes ex
ꝯiugio repulit dicēs. Hec aūt ad vtilitatē vrāꝫ
dico. nō vt laqueū vob̄ inijciā. ſ; ad id quod ho-
neſtū ē ꝓuoco. ⁊ qd̄ facultatē p̄beat ſine īpedi
mēto dn̄o obſecrādi. Ex ꝯiugijs q̄ppe terrene ſol
licitudines ꝓdeūt. ⁊ idcirco magiſter gētiū. au
ditoēs ſuos ad melioā pſuaſit. ne ſollicitudine

terrena ligarētur. Quē igit̄ celebem curarum ſecularium impedimētum prepedit. ⁊ ꝯiugio ſe nequaq̄ꝫ ſubdidit. et tamē coniugij onera non euaſit. Ammonēdi ſūt celibes ne ſine dāpnacō-nis iudicō miſceri ſe feminis vacātibus putent Cū enim paulus fornicacōis viciū tot crimini bus execrādis inſeruit. cuius ſit reatus indica uit dicēs. Neq; fornicatores neq; idolis ſeruien tes. neq; adulteri. neq; molles neq; maſculoꝝ ꝯcubitores. neq; fures neq; auari. neq; ebrioſi neq; maledici. neq; rapaces regnū dei poſſide būt Et rurſū fornicatorēs ⁊ adulteros iudicabit deus. Ammonēdi itaq; ſūt ut ſi temptacōnum procellas cū difficultate ſalutis tolerāt. cōiugij portū petāt. Scriptū quippe eſt. Meli9 eſt nube re q̄ꝫ vri. ſine culpa ſcilicet ad ꝯiugium veniunt ſi tamen nec dū meliora deuouerūt. Nā q̄ſquis bonū maius ſubire ꝓpoſuit. bonum min9 qd̄ li cuit illicitū fecit. Scriptū quippe eſt. Nemo mit tēs ſup aratrū manū ſuā. ⁊ reſpiciens retro ap tus eſt regno celoꝝ. Qui ergo forciori ſtudio in tenderit retro ꝯſpicē conuincit̄. ſi relictis bonis āplioribꝫ ad minima ētorq̄tur. ¶ Alit̄ ꝯmixtio ne carnis expti. alit̄ ignorātes Cap. 29. 52.

Liter āmonendi ſūt peccatoꝝ carnis ꝯſcij atq; alit̄ ignari. Ammonēdi nāq; ſūt pecca toꝝ carnis expti. vt mare ſaltim p9 naufragiū

metuāt ⁊ ꝑdicōnis ſue diſcrimina vel ꝯgnita ꝑ
horreſcant. ne qui pie poſt perpetrata mala ſer
uati ſunt. hec improbe repetendo moriātur. vñ et
peccāti anime nunꝗ̄ q; a peccato deſinenti d̄r.
Frons mulieris meretricis facta ē tibi noluiſti
erubeſcere Ammonēdi itaq; ſūt. ut ſtudeāt qua
tenus ſi accepta nature bona inteḡ ſeruare no
luerunt. ſaltim ſciſſa reſarciant. Quibus nimi
rū neceſſe eſt vt ꝑpendāt. in tā magno fidelium
numero. q̄ multi ⁊ ſe illibatos cuſtodiāt. ⁊ ali
os ab errore cōuertāt. Quid igit̄ iſti dicturi ſūt
ſi alijs in integritate ſtātib; ipſi nec poſt dāpna
reſipiſcunt. Quid dicturi ſunt. ſi cum multi ⁊ a
lios ſecum ad regnum celorū deferunt. hi exſpe
ctante domino nec ſemetipſos reducunt. Am
monendi ſūt vt preterita amiſſa conſiderent. ⁊
imminentia deuitent. Vnde ſub iudee ſpecie per
ꝓpherā dñs corruptis in hoc mundo mentibus
tranſactas culpas ad memoriam reuocat. qua
tenus pollui in futuris erubeſcant dicens. For
nicate ſunt in egypto in adoleſcentia ſua forni
cate ſunt. Ibi ſubacta ſunt vbera earū. ⁊ fracte
ſunt māme pubertatis earum. In egypto quip
pe vbera ſubiguntur. cum turpi huius mundi
deſiderio. humane mentis voluntas ſubſterni
tur. In egypto pubertatis mamme frangun
tur. quādo naturales ſēſus adhuc in ſemetipſ

integri pulſantis cõcupiſcencie corrupcõe vicia tur. Ammonẽdi ſunt peccati carnis expti. vt vi gilanti cura ↄſpiciãt. poſt delicta nobis ad ſe re deuntibus. deus quãta beniuolẽtia ſinũ ſue pie tatis expandit. cũ p ꝓphetam dicat. Si dimiſe rit vir vxorem ſuã ⁊ illa recedẽs duxerit virꝝ ali um. nũqd reuertet̃ ad eã vltra. Nũqd non pol luta ⁊ ↄtaminata erit mulier illa. Tu autẽ for nicata es cũ amatoribus multis. tñ reuertẽ ad me dicit dñs. Ecce de fornicante et relicta muli ere argumẽtũ iuſticie prepomit̃. ⁊ tamẽ nobis poſt lapſũ redeuntibꝫ nõ iuſticia ſed pietas ad hibetur. vt hinc vtiqꝫ colligamꝰ. ſi nobis delin quẽtibus. tanta pietate parcit̃. a nobꝫ nec poſt delictũ redeuntibꝫ quãta improbitate peccatur aut que ab illo erit ſup improbos venia. q̃ non ceſſat vocare poſt culpas. Que nimirꝫ bene per ꝓphetã poſt delictũ miſericordia vocacõnis exp̃ mitur. cũ auerſo homini dicit̃. Et erũt oculi tui videtes preceptorem tuũ ⁊ aures tue audiẽtes verbũ poſttergũ monentis. Humanũ quippe genus dñs in faciem ãmonuit. quãdo in padi ſo ↄdito homini atqꝫ in libero arbitrio ſtãti q̃d facere quid ve nõ facere deberet indixit. Sed hõ in dei faciẽ terga dedit. cũ ſupbiẽs eius iuſſa cõ tempſit. nec tamẽ ſupbiẽtem deus deſeruit qui ad reuocãdum hoīeꝫ legem dedit exhortantes

ãgelos miſit in carne nr̃e mo̊ꝛlitatis apparuit
Ergo poſt tergũ ſtans nos ãmonuit·qui ad re
cupacõnẽ nos gratie iam contemptus vocauit
Qð igit̃ generaliter ſimul potuit dici de cũctis.
hoc neceſſe ẽ ſpecialit̃ ſentiẽ de ſingulis. Quaſi e
nim corã deo poſit⁹ q̃ſq₃ v̇ba ãmonicõis eius ꝑ
cipit·cum prius ꝙ peccata perpetret·voluntatis
eius precepta cognoſcit Adhuc eni ãn ei⁹ faciẽ
ſtare eſt·nec dum eũ peccando ꝯtẽpnere. Cũ ve
ro derelicto bono innocẽtie·iniquitatẽ eligens
appetit terga iam in eius faciem mittit. Sed ec
ce adhuc ⁊ poſt tergum de⁹ ſubſequẽs mon₃ q̃
etiã poſt culpã ad ſe rediẽ ꝑſuad₃. Auerſũ vero
reuocat ꝯmiſſa nõ reſpicit reuertẽti ſinũ pieta
tis expandit. Vocem ergo poſt tergũ monẽtis
audim⁹·ſi ad inuitatẽ nos dñm ſtatim pt⁹ pec
cata reuertimur Debem⁹ igit̃ pietatẽ vocãtis eru
beſcẽ ſi iuſticiã nolum⁹ formidaẽ·q͛ tanto gra
uiore in probitate cõtempnitur quãto ⁊ ꝯtemp
tus adhuc vocare non dedignat̃. At ꝯtra ãmo
nẽdi ſunt pcc̃a carnis ignorãtes·vt tãto ſollici
cius p̄cipitem ruinam metuant·quanto alcius
ſtant. Ammonendi ſũt·vt nouerint·quia quo
magis loco p̄minenti conſiſtunt·eo crebriori
bus ſagittis inſidiatoris impetũtur. Qui tan
to ardencius ſolet erigi quãto ſe robuſtius con
ſpicit̃ vinci·tãto q₃ intollerabilius dedignatur

vinci. quãto cõtra ſe vid; p integra infirme car
nis caſtra pugnat. Ammonẽdi ſũt vt inceſſan
ter premia ſuſpiciãt. et libenter procul dubio tẽ-
ptacõnum quos tolerãt labo͛es calcãt. Si enim
attendat͛ felicitas que ſine trãſitu attingit͛. le
ue ſit q trãſeũdo laboratur. Audiãt q per pphe
tam dicit͛. Hec dicit dñs aunuchis. Qui cuſto
dierint ſabbata mea et elegerit q̄ volui et tenu
erint fedus meũ. dabo eis in domo mea et ī mu
ris meis locum. et nomẽ meli⁹ a filijs et filiabus
Eunuchi quippe ſũt qui ↄpreſſis motib; carnis
effectũ i ſe praui opis abſcidũt. Quo aũt apud
patrem loco habeãtur oſtendit͛. qui ī domo pa-
tris videlicet eterna manſione etiã filijs prefe
rũtur. Audiant qd p Johãnem dicit͛. Hij ſunt
qui cũ mulierib; non ſũt coinquinati. virgines
enim ſũt et ſecunt͛ agnum quocũq; abierit. et q
cãticũ cantãt q nemo poſſit dice͛ niſi illa cẽtum
xliiij. milia. Singularit͛ quippe cãticũ magnum
cãtae͛ eſt. cũ eo in ppetuũ precũctis fidelib; etiã
carnis incorrupcõe gaude͛. Quid tame͛ electi
ceteri canticũ audire poſſunt lic; dice͛ nequeũt
quia p caritatem quide͛ in illo⁊ celſitudine leti
ſũt. quãuis ad eo⁊ premia non aſſurgãt Audi
ant peccato⁊ carnis ignari quid p ſemetipſam
de hac ītegritate veritas dicit͛. Nõ oms capiũt
v͛bum hoc. Qd eo innotuit ſũmũ q̊ denegrauit

minimū a dū predicit ꝙ difficile capit̄·audiētibus inuit ceptum cū qn̄ta cautela teneat̄. Ammonēdi itaq; ſūt pcc̄a carnis ignorātes·ut premine v̄ginitatē ↄiugijs ſciāt · a tn̄ ſe ſup coniuges nō extollāt·q̄ten⁹ dū a v̄ginitatē p̄ferūt a ſe poſtponūt·a illd non deſerāt qd eē meli⁹ eſtimāt·a ſe cuſtodiāt q̊ ſe inanit̄ nō exaltāt. Ammonēdi ſūt. vt ↄſiderēt ꝙ plerūq; actione ſecularū·vita ↄfundit̄ ↄtinētiū·cū a illi vltra habitū aſſumūt opa·a iſti iux̄ ordinē ꝓpriū nō excitāt corda·vn̄ bn̄ p ꝓphetā dr̄. Erubeſce ſydon ait mare. Quaſi eni p voce maris ad verecūdiā ſydon adducit̄ qn̄ p ↄpationē vite ſecularū atq; in hoc mūdo fluctuātiū·ei⁹ q̄ munit⁹ a q̄ſi ſtabilis cernit̄ vita reprobatur·Sepe eni nōnulli ad dn̄m poſt carnis pcc̄a redeūtes tāto ſe ardētius in bonis operibus exhibent quāto dampnabiliores ſe de malis vident. a ſepe in carnis integritate perdurātes cum min⁹ ſe reſpiciunt habere qd defleant plene ſibi ſufficere vite ſue innocētiam putant · atq; ad feruorem ſpiritus nullis ardoris ſe ſtimulis inflāmāt · a fit plerum deo gratior amore ardens vita poſt culpam q̄ꝫ ſecuritate torpēs innocentia. Vnde a voce iudicis dicitur. Remittuntur ei peccata multa·quia dilexit multū·a erit gaudiū in celo ſup vnū penitētem magis pl⁹ q̄ꝫ ſup nonagitanonē iuſtos

quibus nō eſt op⁹ penitētia. Qđ cūctis a ex ipō
vſu colligim⁹ ſi vēe mētis iudicia pēſemus Pl⁹
nāq; terrā diligimus que poſt ſpinas exarata
fruct⁹ vberes pducit. quā q̄ nullas ſpinas ha
buit. ſʒ tamen exculta ſterilē ſegetē gignit. Am
monēdi ſunt peccata carnis ignorātes. ne ſupe
rioris ordinis celſitudine ſe ceteris preferāt cū
ab inferioribʒ quāta ſe melius agātur ignorāt
In examine nāq; recti iudicis mutat merita or
dinum qualitas actionū. Quis enim cōſideratis
ipſis rerū ymaginibʒ neſciat q in natura gem
marū carbūcul⁹ pfert hyacincto. Sʒ tū ceru
lei coloris hiacīct⁹ prefert pallēti carbūculo. q
a illi q nature ordo ſubtrahit. ſpēs decoris adiū
git. et hūc quē natural' pretulerat. coloris qua
litas fedat. Sic enim in humano genere et qui
dā in meliori ordine deteriores ſūt. a quidam in
deteriori meliores. q a iſti ſortē extremi habit⁹
bū viuendo trāſcēdūt. a illi ſupioris loci meitū
moribʒ nō ſequēdo diminuūt. ¶ Alit' q̄ peccata
deplorāt opm. alit' q̄ cogitacōnū Cap. 30. 53.

ALiter āmonēdi ſunt qui peccata deplorāt
operum. atq; aliter q̄ cogitacōnū. Ammonē
di quippe ſunt q̄ peccata deplorāt operū. vt cōſū
mata mala pfecta diluant lamēta. ne pl⁹ aſtri
gantur in debito ppetrati opis. a min⁹ ſoluant
in fletibus ſatiſfactionis. Scriptum quippe eſt

Potū dedit nobis in lacrimis ⁊ ī mēſura· vt vi
delicꝫ vniuſcuiuſqꝫ mēs tantū penitēdo ꝯpūctio
nis ſue bibit· lacrimas ꝙ ſe a deo meminit aru
iſſe ꝑ culpas. Ammonēdi ſūt vt inceſſanter cō
miſſa an̄ oculos reducāt· atqꝫ vidēdo agāt. vt a
diſtricto iudice videri nō debeāt. Vn̄ dauid cū
peniterꝫ dicēs Auerte oculos tuos a pcc̄is meis
paulo ſupius intulit· Delictū meum ꝯtra me eſt
ſemꝑ· Ac ſi diceret. Peccatum meum ne reſpici
as poſtulo· quia hoc reſpicere ipē non ceſſo· vn̄
⁊ per ꝓphetam dn̄s dicit. Et peccatorū tuorum
memor non ero· tu autē memor eſto. Ammonē
di ſūt· ut ſingula queqꝫ cōmiſſa conſiderēt· ⁊ dū
per vnū qđqꝫ vitium erroris ſui inquinacōnem
deflēt ſimul ſe ac totos lacrimis mūdēt· vn̄ bn̄
per iheremiā dicit· Cum iudex ſingula delicta pē
ſarent· diuiſiones aquaꝝ deduxit oculꝰ meꝰ.
Diuiſas quippe ab oculis aquas deducimꝰ· qn̄
peccatis ſingulis diſp̄titas lacrimas damus.
Neqꝫ eni vno eodēqꝫ tpe eq̄ mēs de oībus dolꝫ
ſꝫ dū nūc huius nūc illiꝰ culpe memoria acriꝰ
tangit· ſimul de omnibꝫ i ſingulꝭ ꝯmota purga
tur Ammonēdi ſūt ut de miſericordia quā poſtu
lāt ꝑſumāt. ne ī immoderate afflictionis intereāt
Neqꝫ eni dn̄s pie āte delinquētiū oculos flēda
pccā opponēt· ſi ꝑ ſemetipſū ea diſtricte ferire
voluiſſet. Cōſtat eni ꝙ a ſuo iudicio abſcondē

voluāt quos miſerēdo preueniens ſibimetipſis
iudices fecit. Hinc enim ſcriptū eſt. Preuenia
mus faciē eius in ↄfeſſione. Hinc p paulū dicit
Si noſmetipſos diiudicaremꝰ non vtiqȝ diiudi
caremur. Rurſū āmonēdi ſūt. vt ſic de ſpe fidu
ciā habeāt ne tamē incaute ſecuritate torpeſcat
Plerūqȝ enim callidus hoſtis mentē quā pecca
to ſubplantat. cū de ruina ſua afflictā reſpicit
ſecuritatis peſtifer blādicijs ſeducit. Qd figura
te exprimit cum factū dine memorat. Scriptū
quippe ē. Egreſſa eſt dina vt videret mulieres
regionis illiꝰ Quā cū vidiſſet ſichem filiꝰ emor
euei princeps terre illius adamauit ⁊ rapuit.
⁊ dormiuit cū illa. vi opprimēs virginē. ⁊ ↄgluti
nata eſt anima eius cū ea. triſtemqȝ blādicijs
deliniuit. Dina quippe ut mulieres videat extra
nec regionis egredit quādo vnaqueqȝ mēs ſu
a ſtudia negligēs actiones alienas curās extrē
habitū atqȝ extra ordinē ꝓprium vagat. Quā
ſichē priceps terre opprimit quia videlicȝ inuē
tam in curis exterioribus dyabolus corrūpit ⁊
glutinata eſt aia eius cū ea. quia vnicam ſibi
p iniquitatē reſpicit. ⁊ quia cum mens a culpa
reſipiſcit addicitur atqȝ admiſſum flere conat
corruptor aūt ſpes ac ſecuritates vacuas ante
oculos vocat. quatenꝰ vtilitatē triſticie ſubtra
hat. recte illic ſubiūgitur. Triſtemqȝ blādicijs

delimiuit. Modo enim aliorū facta grauiora. mō
nil eſſe qđ ꝑpetratū eſt. Modo miſericordē dñm
loquitur modo adhuc tēpus ſubſequens ad pe
nitenciam pollicetur. vt dū per hec decepta mēs
ducitur. ab intencōne penitentie ſuſpendatur
quatenꝰ tūc bona nulla pcipiat. q̄ nunc mala
nulla ꝯtriſtāt. ⁊ tunc pleniꝰ obruatr ſupplicijs
que nūc etiam gaudet in delictis. At ꝯtra āmo
nēdi ſunt. q̄ pccā cogitacōnum deflēt ut ſollici
te cōſiderent intra mētis archana vtrū delecta
cōne tātummō an etiā ꝯſenſu deliquerint. Ple
rūqꝫ enī tēptatr cor. ⁊ ex carnis neq̄tia delectatr
⁊ tamē eidem nequitie ex racōe renititur vt in
ſecreto cogitacōis ⁊ ꝯtriſtet qđlibꝫ. ⁊ libeat qđ
ꝯtriſtat. Nonunq̄ vero ita mēs baratro tēpta
cōis abſorbetr vt nullatenꝰ renitatr. ſ; ex delibe
tione ſequitr hoc. vn̄ ex delectacōe pulſatr ⁊ ſi fa
cultas rerū ſuppetat. mox effectibꝫ interiora vota
cōſumat. Quod videlicꝫ ſi iuſta animaduerſio
diſtricti iudicis reſpiciat. non eſt iam cogitacōis
culpa ſed operis quia ⁊ ſi rerū tarditas foras
peccatum diſtulit intus hoc conſenſionis opere
voluntas impleuit. In primo autem parente
didicimꝰ quia tribus modis omis culpe nequi
tiam perpetramꝰ. Sugeſtione ſcilicet delectacō
ne ꝯſēſu. Primū itaqꝫ p hoſtem. ſcđm p carnē.
terciū p ſpūm ꝑpetratr. Inſidiator enim praua

ſuggerit caro ſe ad delectacōez ſubicit. atq; ad extremū ſpūs victus delectacōne ꝯſentit. vnde ⁊ illic ſerpens praua ſuggeſſit. eua aūt quaſi caro ſeſe delectacōni ſubdidit. adam vero velut ſpūs ſuggeſtione ac delectacōne ſupatus aſſenſit. Suggeſtione itaq; peccati agnoſcimur. delectacōne vicimur. ꝯſēſu etiā ligamur. Ammonēdi ſūt igit̄ qui nequicias cogitacōnis deflent vt ſolliciте ꝯſiderent in qua peccati menſura ceciderūt. quaten⁹ iuxta ruine modum quā in ſemetipſis intorſus ſenciūt etiā menſura lamētacionis erigant̄. ne ſi cogitata mala min⁹ cruciant vſq; ad ꝑpetrāda opa perducant. Sz inter hec itaq; terrēdi ſūt vt tn̄ minime fatigantur. Sepe enim miſericors deus eo citius peccata cordis abluit quo hec exire ad opa non ꝑmittit. et cogitata mali nequicia tāto cicius ſoluit̄ quia effectu opis diſtrictius nō ligatur. vn̄ recte per pſalmiſtā dicit̄. Dixi ꝓnūciabo aduerſū me iniuſticias meas dn̄o ⁊ tu remiſiſti impietatē cordis mei. Qui enim impietatē cordis ſubdidit qꝛ cogitacōnum iniuſticias ꝓnunciare vellet indicauit. dūq; ita. Dixi pronūciabo. atq; illico adiunxit ⁊ tu remiſiſti quā ſuper hec ſit venia facil̄ oſtēdit Qui dum ſe adhuc ꝑmittit petere qđ ſe petere promittebat obtinuit. quaten⁹ quia ad opus non venerat culpa. vſq; ad cruciatū non

peruemret penitẽcia·ſed cogitata afflictio men tem tergeret quã inimicũ tantũmodo cogitata iniquitas inquinaſſet.

¶ Quod alit̃ ãmonẽdi ſũt q̃ ɔmiſſa plãgunt· nec tamẽ deſerũt·atq; aliter qui deſerũt nec tamen plangunt. Capitulum·xx.

Aliter ãmonendi ſunt q̃ ɔmiſſa plãgũt nec tamen deſerũt·atq; aliter q̃ deſerũt nec tñ plangũt· Ammonẽdi eni ſunt qui cõmiſſa plã gũt nec tamẽ deſerũt·ut ɔſiderare ſollicite ſciãt quia deflendo inaniter mundãt qui viuẽdo ſe nequiter inquinant·cum idcirco ſe lacrimis la uant vt mundi ad ſordes redeant. Hinc enim ſcriptum ẽ. Canis reuerſus ad ſuũ vomitum·⁊ ſus lota in volutabro luti. Canis quippe cũ vo mit profecto cibũ q̃ pectus deprimebat ꝓicit· Sed cũ ad vomitũ reuertit̃·vñ leuigat⁹ fuerat rurſus oneratur. Et qui ɔmiſſa deplorãt profe cto neq̃ciam de qua male ſaciati fuerant ⁊ que mentis intima deprimebat ɔfitẽdo ꝓiciũt·quã poſt cõfeſſionem dũ repetunt reſumũt. Sus ve ro in volutabro luti cum lauatur·ſordidior red ditur·⁊ quia amiſſa plangit nec tamen deſerit pene grauiori culpe ſe ſubicit· qui ⁊ ipſam quã flendo impetrare potuit veniam contempnit et quaſi in lutoſa aqua ſemetipſũ voluit·quia dũ fletibus ſuis vite mundiciam ſubtrahit ante

dei oculos ſordidas ipſas etiã lacrimas facit.
Hinc rurſũ ſcriptũ eſt. Ne iteres verbũ in ora
tione tua. Verbũ nãqȝ in oratõe iterare ẽ poſt
fletũ ꝯmittere ꝙ rurſũ neceſſe ſit flere. Hinc ꝑ
yſaiam dicit. Lauamini mũdi eſtote. Poſt la
uacrũ enim mũdus eſſe negligit quiſquis poſt
lacrimas vite innocẽtiam nõ cuſtodit. et lauan
tur ergo et nequaq̃ mundi ſũt qui ꝯmiſſa flere
nõ deſinunt. et rurſus flenda ꝯmittunt. Hinc ꝑ
quẽdam ſapientẽ dicit. Qui baptizat a mortu
o et iterũ tãgit illum. Quid ꝓficit lauacrõ eius.
Baptizatur quippe a mortuo q̃ mundat fletib9
a peccato. Sed poſt baptiſmum mortuũ tãgit q̃
culpã poſt lacrimas repetit. Ammonẽdi ſũt. q̃
ꝯmiſſa plangũt nec tamẽ deſerũt. vt ãte diſtri
cti iudicis oculos eis ſe ſimiles eſſe agnoſcant
qui veniẽtes ad faciẽ quorũdam hoim magna
eis ſubmiſſione blãdiunt. recedẽtes autẽ inimi
citias ac dampna que valẽt atrociter inferũt.
Quid eſt enim culpã flere niſi humilitatẽ deo
ſue deuotõis oſtendẽ. Et quid eſt poſt fletũ pra
ua agere. niſi ſuꝑbas in eũ quẽ rogauerãt inimi
cicias exercẽ. Jacobo atteſtãte q̃ ait. Quicũqȝ
vult aicus eſſe hui9 ſeculi. inimicus dei ꝯſtituit.
Ammonẽdi ſũt. qui ãmiſſa plangũt nec tamen
deſerũt. vt ſollicite ꝯſiderent. ꝙ ita pleꝝqȝ ma
li inutiliter ꝯpũguntur ad iuſticiã ſicut pleꝝqȝ

boni innoxie tēptantur ad culpā ſFit q̄ppe mira exigētibꝫ meritis poſi cōis interne mēſura·ut ⁊ illi de bono aliquid agūt qđ tñ non pficiūt·ſup de inter ipſa que iā pleniſſime ppetrāt mala cō fidāt.⁊ iſti dū de malo tēptant cui nequaq̄ cō ſentiūt q̄ p infirmitatem titubāt eo greſſus coꝛ dis ad iuſticiā p humilitatē verius figant· Ba laam q̄ppe iuſtoꝝ tabernacula reſpiciens ait· Moꝛiat̄ aīa mea moꝛte iuſtoꝝ ⁊ fiāt nouiſſima mea hoꝝ ſimilia·ſ3 cū ꝯpūctionis tēp9 abceſſit ꝯtra eoꝛū vitam quibus ſe ſimilē fieri etiā moꝛi endo popoſcerat conſiliū pꝛebuit·⁊ cū occaſionē de auaricia repperit·illico oblitus ē q̄cquid ſibi de innocētia optauit.Paul9 vero ait.Video ali am legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee·⁊ captiuū me ducētem in lege pcc̄i q̄ eſt in menbris meis.Qui pfcō idcirco tēptat̄ vt in bono robuſti9 ex ipſa infirmitatis ſue cog nicōne ſolidetur.Quid eſt ergo q̄ ille cōpungi tur ⁊ tamen iuſticie nō appropinquat iſte tem ptat̄ ⁊ tñ eū culpa nō inqnat niſi hoc qđ oñdit apte q̄ꝛ nec malos bona impfecta adiuuāt·nec bonos mala incōſūmata ꝯdēpnāt.At ꝯtra āmo nendi ſunt qui amiſſa deſerūt nec tamen plan gunt·ne iam relaxatas eſtiment culpas quas ⁊ ſi agēdo nō multiplicāt nulł tamē fletibꝫ mū dāt·Neq3 enim ſcriptoꝛ ſi ab ſcripcōe ceſſauerit

q̄ alia non addidit etiā illa que ſcripſerat dele uit. nec qui cōtumelias irrogat ſi ſolūmodo ta cuerit ſatiſfecit. Cū ꝑfecto neceſſe ſit ut verba premiſſe ſupbie verb ſubiūcte humilitatis im pugnet. nec debitor abſolutus ē q̄ alia nō mul tiplicat. niſi et illa que ligauerat abſoluat. Jta et cū deo delinquim9. nequaq̄ ſatiſfacimus ſi ab iniquitate ceſſamus. niſi voluptates quoq; q̄s dileximus. ecōtrario oppoſitis lamētis inſequa mur. Si enim nulla nos in hac vita opm culpa maculaſſet. nequaq̄ hic adhuc degētibus ipa ad ſecuritatē innocentia noſtra ſufficeret. quia illicita animū multa pulſarēt. Qua igitur mē te ſecurus eſt. qui ppetratis iniquitatibus. ipſe ſibi teſtis eſt q̄ innocēs non eſt. Neq; enim de us noſtris cruciatib; paſcitur ſ; delictoꝝ morb; medicamētis ↄtrariis medeť. ut qui voluptati bus delectati diſceſſim9 rurſus fletibus amari cati redeamus. et qui p illicita defluēdo cecidim9 etiam a licitis noſmetipſos reſtringēdo ſurga mus. et cor q̄ inſana leticia infuderat ſalubris triſticia exurat. et q̄ vulnerauerat elatio ſupbi e curet abiectio humilis vite. Hinc enim ſcrip tū ē. Dixi iniquis nolite iniq̄ agere et delinquen tib9 nolite exaltare cornu. Cornu q̄ppe delinquē tes exaltēt ſi nequaq̄ ſe ad penitēciam excogi ta cōne ſue iniquitatis humiliāt. Hinc rurſum

dicitur. Cor contritū ꝛ humiliatū deus non ſper
nit quiſquis enim peccata plāgit . nec tamē de
ſerit. cor quidem cōterit. ſed humiliare cōtemp
nit. Quiſquis vero peccata deſeit. nec tn̄ plāgit
iā quidē humiliat ſed tamē cōuertere cor recu
ſat. Hinc paulꝰ ait. Et hec quidem fuiſtis ſꝫ ab
luti eſtis. ſꝫ ſāctificati eſtis. qꝛ nimirū illos emē
datior vita ſcīficat quos ꝑ penitēciā abluēs. af
flictio fletuū mūdat. Hic petrꝰ cū quoſdā terri
tos malorꝝ ſuorū ɔſideracōe ɔſpicēt āmonuit
dicēs. Penitēciam agite. ꝛ baptiſetur vnꝰ qſqꝫ
vrm. dicturꝰ eni baptiſma p̄miſit penitēcie la
mēta vt priꝰ ſe aq̄ ſue afflictionis infūderent. ꝛ
poſtmodū ſacramēto baptiſmatis lauarent.
Qua igit mēte qui tranſactas culpas flere ne
gligūt fiunt ſecuri de venia. quādo ipſe ſummꝰ
paſtor eccie huic etiā ſacramēto attēdendā pe
nitēciā credidit. qd pcca p̄ncipalit extinguit.

## Quod alit āmonēdi ſūt q̄ illicita que faciūt etiā laudant. Atqꝫ aliter qui accuſant praua nec tamē deuitant. Capitulum. 77.

Aliter āmonēdi ſunt q̄ illicita que faciunt
etiā laudāt. Atꝫ alit q̄ accuſāt praua. nec
tn̄ deuitant. Ammonendi ſunt enim q̄ illicita q̄
faciūt etiā laudāt ut ɔſiderent ꝙ plerꝝqꝫ plꝰ ore
ꝙ ope deliquāt. Ope nāqꝫ ꝑ ſemetipſos ſolos p̄
ua ꝑpetrant. ore aūt ꝑ tot ꝑſonas iniquitatem

exhibēt. ꝙ audiētiū mentes iniqui laudātes do
cent. Ammonēdi ergo ſunt vt ſi eradicaꝛe mala
diſſimulāt. ſaltum ſeminaꝛe ꝑtimeſcant. Ammo
nēdi ſūt vt eis ꝑdicō ꝓuata ſufficiat. rurſūq; ā
monēdi ſūt vt ſi mali eſſe nō metuūt. erubeſcāt
ſaltim videri qđ ſunt. Plerūq; enim culpa dum
abſcondit̄ effugatur. quia dū mēs erubeſcit vi
deri qđ tamē eē non metuit. erubeſcit quādoq;
eē qđ fugit videri. Cū vero quiſq; prauus impu
denter innoteſcit. quo liberi⁹ omne facinus ꝑpe
trat. eo etiā licitum putat. ⁊ qđ licitū ſuſpicat̄.
in hoc proculdubio multiplici⁹ mergit̄. Vnde
ſcriptū eſt. Pccm̄ ſuū ſicut ſodoma predicaue
rūt nec abſconderūt Pccm̄ ſuū ſi ſodoma abſcō
deret. adhuc ſb̄ timore peccaret. Sȝ funditus fre
na timoris amiſerat. q̄ ad culpā nec tenebras
requirebat. vn̄ rurſū ſcriptum ē. Clamor ſodo
moꝝ ⁊ gomorre multiplicatus ē. Pccm̄ quippe
cum voce ē. culpa in actione. Peccatū vero etiā
cum clamore. ē culpa cū libertate. At cōtra am
monēdi ſunt. qui accuſant praua nec tamē deui
tant vt ꝓuide ꝑpendant q̄d in diſtricto dei iudi
cio pro ſua excuſacōe dicturi ſūt. qui de reatu ſu
orū criminū etiā ſemetipſis iudicibus nō excu
ſantur. Hi itaq; quid aliud q̄ꝫ precones ſui ſunt
voces cōtra culpas ꝓferūt ⁊ ſemetipſos opib;
reos trahunt. Ammonēdi ſūt. ut videant quia

de occulta iam retribucōe iudicij eſt q eorum
mēs malum qđ perpetrat illuminatur vt vide
at. ſed nō conatur vt vincat. vt quo melius vi
det eo deterius pereat. quia ⁊ intelligētie lumē
pcipit ⁊ actionis praue tenebras non reliquit
Nam cum acceptā ad adiutorium ſcientiam ne
gligūt. hāc ɔtra ſe in teſtimoniū vertūt. ⁊ de lu
mine intelligētie augēt ſupplitia. q profcō acce
pant vt poſſint delere pccā. Quorum nimirū ne
quitia cū malū agit qđ diiudicat venturū iā iu
diciū hic deguſtat. ut cū eternis ſupplicijs ſuat
obnoxia ſuo hic interim examine nō ſit abſo
luta. tanto qꝫ illic grauiora tormēta pcipiat qñ
to hic malū non deſerit etiā q ipſa cōdempnat
Hic enim veritas dicit. Seruus q̄ cognouit vo
lūtatē dñi ſui ⁊ non fecit ſcdm voluntatē eius
vapulauit multis plagis hinc pſalmiſta ait.
Deſcendant in infernum viuētes. Viui quippe
que circa illos aguntur ſciunt ⁊ ſentiunt. mor
tui autē ſentire nichil poſſunt. Mortui enim in
infernum deſcenderēt ſi mala neſciendo perpe
trarent. Cum vero ſciunt mala et tamē faciūt
ad iniquitatis infernum viuentes miſeri ſenti
entesqꝫ deſcendunt.

Quod alit āmonēdi ſūt q̄ repentina concu
piſcētia ſupantur. Atꝫ aliter qui in culpa ex
conſilio ligantur. Capitulum. 16.

ALiter ãmonẽdi ſũt qui repentina ɔcupiſcẽ
cia ſupantur. atqȝ aliter qui in culpa ex cõ
ſilio ligantur. Ammonẽdi quippe ſũt quos re
pentina ɔcupiſcẽcia ſupat. vt in bello preſẽtis
vite ſe quotidie poſitos attẽdat. ⁊ cor qḋ preui
dere vulnera nõ poteſt. ſcuto ſolliciti timoris te
gãt. vt occulta inſidiantis hoſtis iacula perhor
reſcant. ⁊ vitã caliginoſo certamine intencõne
cõtinua intra mẽtis caſtra ſe muniãt. Nam ſi a
circũſpectionis ſollicitudine cor deſtituit. vulne
ribus apitur. quia hoſtis callidus tãto liberiꝰ
pectus pcutit. quãto nudum a ꝓuidencie lorica
deprehenderit. Ammonẽdi ſũt qui repẽtina cõ
cupiſcencia ſupantur vt curare nimis terrena
deſueſcant. quia intencõnem ſuã dum rebꝰ trã
ſitorijs immoderacius implicãt quibȝ culparũ
iaculis trãſfigant ignorãt. Vñ ⁊ p ſalomonẽ
vox pcuſſi ⁊ dormientis exprimit. qui ait. Ver
berauerũt me ⁊ nõ dolui. traxerũt me ⁊ ego nõ
ſenſi. Quãdo euigilabo ⁊ rurſũ vina reperiam
Mens quippe a cura ſue ſollicitudinis dormiẽs
verberatur ⁊ nõ dolet. quia ſicut imminẽcia ma
la non ꝓſpicit. ſic nec q̃ ppetrauerit agnoſcit.
Trahitur ⁊ nequaq̃ ſentit quia per illecebras
viciorũ ducitur. nec tamẽ ad ſui cuſtodiã ſuſci
tat. Que q̃de euigilare optat vt rurſũ vina rep
periat. qȝ q̃uis ſompno torpois a ſui cuſtodia

premaꝛ vigilare tn̄ ad curas ſeculi nitꝛ· vt ſēꝑ voluptatibꝫ debrietꝛ· ⁊ cū ad illud dormiat i qd̾ ſolerꝛ vigilare debuerat· ad illud vigilaꝛ̄ appe tit ad qd̾ laudabiliꝛ dormē potuiſſꝫ· Hic ſupius ſcriptū ē· Et eis q̄ſi dormiēs in medio mari ⁊ q̄ ſi ſopit⁹ gubernator amiſſo clauo· In medio ei mari dormit q̄ in huius mūdi tēptacōibꝫ poſit⁹ ꝓuidē motus irruētiū vicōrum q̄ſi imminētes vndaꝝ cumulos negligit· ⁊ q̄ſi gubernator cla uum amittit· quādo mēs ad regēdā nauē cor poris ſtudiū ſollicitudinis ꝑdit· Clauū q̄ppe in mari amittere eſt intencōnem ꝓuidam inter ꝓ cellas huius ſeculi non tenere· Si enim guber nator clauū ſollicite ſtrīgit· modo in fluctibus ex aduerſo nauē dirigit mō ventoꝝ impet⁹ ꝑ obliquū fundit· ita cū mēs vigilanꝛ aīaꝫ regit mō alia ſuꝑans calcat· mō alia ꝓuidēs declinat vt ⁊ p̄ntia laborādo ſubiciat· ⁊ cōtra futura cer tamina ꝓſpiciendo ꝯualeſcat· Hic rurſū de for tibus ſuꝑne patrie bellatoribꝫ dr̄· Vniuſcuiuſqꝫ ēſis ſuꝑ femur ſuum ꝓpter timores nocturnos Enſis enim ſuꝑ femur ponitur qn̄ acumine ſcē predicacōnis praua ſuggeſtio carnis edomaꝛ Per noctem vero cecitas noſtre infirmitatis ex primitur quia quicquid aduerſitatis in nocte imminet non videtur· Vniuſcuiuſqꝫ ergo enſis ſuꝑ femur ſuū ꝓpter timores nocturnos· quia

videlicꝫ ſancti viri dū ea que non vident metu
unt ad intencōnem certaminis parati ſemp ad
ſiſtunt. Hinc rurſū ſponſe dicit. Naſus tuus ſi
cut turris que eſt i libano. Rem nāqꝫ quē ocu
lis non cernim⁹ plerūqꝫ odore preuidem⁹. Per
naſū quoqꝫ odorēs fetoreſqꝫ diſcernim⁹. Quid er
go p naſū eccleſie. niſi ſanctoꝝ ꝓuida diſcrecō
deſignatur. Qui etiā turri ſimilis que ē in liba
no dicitur. qꝛ diſcreta eoꝝ prouidencia ita in al
to ſita eſt. vt temptacōnum certamina et pri⁹
ꝙ veniant videat. ꝛ ꝯtra ea dū venerint muni
ta ſubſiſtat. Que enim futura preuidētur cū pre
ſencia fuerint minoris virtutis ſiūt. quia dum
ꝯtra ictum quiſqꝫ pacior redditur. hoſtis qui ſe
inopinatū credidit ex ipō quo ꝓuiſus eſt ener
uatur. At cōtra āmonēdi ſūt qui in culpa ex cō
ſilio ligantē quatin⁹ prouida ꝯſideracōne ppen
dant. quia dū mala ex iudicō faciūt. diſtrictius
ꝯtra ſe iudiciū accendunt ut tāto eos durior ſē
tencia feriat quāto illos in culpa arcius vincu
la deliberacionis ligant. citius fortaſſe delicta
penitendo obluerent. ſi in hijs ſola precipitaci
one cecidiſſent. Nam tardius peccatū ſoluitur
ꝙ ꝛ p cōſilium ſolidatur. Niſi enim mēs omni-
no eterna deſpiceret in culpa ex iudicio non pe
riret. Hoc ergo precipitacone lapſis p ꝯſilium
pereuntes deferūt ꝙ cū ab ſtatu iuſticie peccādo

cōcidunt·plerumqȝ ſimul ⁊ in laqueū deſperaci onis cadunt. Hinc eſt ꝙ per ꝓphetam dominꝰ non tam precipitacōnum praua ꝙ̄ delictorum ſtudia reprehendit dicēs. Ne forte egrediatur vt ignis indignacō mea ⁊ ſuccēdatur. ⁊ non ſit qui extinguat ꝓpt̄ maliciam ſtudiorum veſtro rum. Hinc iterū iratus dicit. Viſitabo ſuper vos fructum ſtudiorum veſtroꝝ. Quia igitur pecca tis alijs deferūt peccata que per conſilium perpe trātur. non tam praua facta dn̄s ꝙ̄ ſtudia pra uitatis inſequitur. In factis enim ſepe infirmi tate ſepe negligētia in ſtudijs vero malicōſa ſē per intencōe peccatur. Quo cōtra recte bti viri ex preſſione ꝑ ꝓphetam dr. Et in cathedra peſtilē tie nō ſedit. Cathedra q̄ꝑpe iudicis eſſe vel pre ſidētis ſolet. In cathedra enim peſtilētie ſedere ē ex iudicō praua ꝯmittere. In cathedra peſtilē tie ſedē ē ⁊ ex racōe mala diſcernē. ⁊ tñ ex deli beracōe ꝑpetrare. Quaſi in pūſi cōſilij cathedra ſedit. q̄ tanta iniquitatis elacōe attollit̄ ut im plere malū etiā ꝑ ꝯſilia conetur. Et ſicut aſſiſtē tibȝ turbis prelati ſūt q̄ cathedre hōre fulciunt̄. ita delicta eoꝝ qui p̄cipitacōne corruūt exquiſi ta ꝑ ſtudiū pccā trāſcēdunt. Ammonēdi ergo ſūt vt hic colligāt qui in culpa ſe ꝑ ꝯſiliū ligāt q̄ qñꝙ vlcione feriēdi ſunt. qui nunc prauoꝝ nō ſocij ꝫ principes ſūt.

¶Aliter qui licet minima crebro tn̄ illicite faci
unt·aliter q̄ ſe a paruis cuſtodiūt ſꝫ aliquādo
in grauib; demergūtur. Cap. 32. 57

ALiter āmonendi ſūt qui licet minima. cre
bro tamē illicita faciūt·atq; aliter qui ſe
a paruis cuſtodiunt. ſed aliquādo in grauibus
dimergūtur. Ammonēdi ſūt qui quāuis in mi
nimis. ſꝫ tamē frequēter excedūt·vt nequaꝗ̄
ꝯſiderent qualia ſꝫ quāta ꝯmittunt Facta enim
ſua ſi deſpiciant timere cū penſant·debēt formi
dare cum numerent. Altos quippe gurgites flu
minū parue ſꝫ innumere replēt gutte pluuia
rū·et hoc agit ſentēcia latent̄ creſcens·ꝙ patent̄
ꝓcella ſeuiēs. Et minuta ſūt que erūpūt in mē
bris p ſcabiem vulnera·ſꝫ cū multitudo eoꝝ in
mirabiliter occupat. ſi vitā corpis ſicut vnum
graue inflictū peccatori vulnus necat. Hinc vi
delicꝫ ſcriptū eſt. Qui modica ſpernit paulatim
decidꝫ Qui enim peccata minima flere ac deuita
re negligit. ab ſtatu iuſticie non quidē repente
ſꝫ partibus totus cadet. Ammonēdi ſūt qui in
minimis frequēter excedūt. vt ſollicite ꝯſiderēt
ꝙ nōnūꝗ̄ in parua deterius ꝗ̄ in maiori culpa
peccatur. Maior enim quo cicius ꝙ ſic culpa ag
noſcitur. eo etiā celeriꝰ emēdatur. Minor vero
dū quaſi nulla credit·eo peius quo et ſecurius
in vſu retinet. vn̄ ſit plerūq; vt mens aſſueta

malis leuibus nec grauia ꝑhorreſcat·atq; ad
quãdam auctoritatẽ nequitie per culpas nutri
ta ꝑueĩat·⁊ tãto in maioribus ꝯtempnat ꝑti
meſcere·quãto in minimis didicit nõ timendo
peccare·At ꝯtra ãmonẽdi ſũt q̇ ſe a paruis cuſto
diũt·ſed aliquãdo in grauib; demergũtur·ut ſol
licite ſe ipſi deprehendãt·quia dũ cor eorum de
cuſtoditis minimis extollitur ad perpetranda
grauiora in ipſo elacõnis ſue baratro deuorat̃
⁊ dum foris ſibi parua ſubitiunt ſed per inanẽ
gloriam intus intumeſcũt.larguore ſuperbie in
trinſec⁹ victã mentẽ etiã foras ꝑ mala maiora
ꝓſternũt·Ammonendi ḡ ſũt q̇ ſe a ꝑuis cuſto
diunt·ſ; aliqñ in grauib; demergũtur·ne ubi ſe
ſtare extrinſec⁹ eſtimãt ibi intrĩſecus cadãt·et
iuxta diſtricti iudicis retribucõnez elatio mino
ris iuſticie via fiat ad foueã g̃uioris culpe·Qui
eni vane elati minimi boni coſtodiã ſuis virib;
tribuũt·iuſte derelicti culpis maiorib; obruunt̃
⁊ cadẽdo diſcunt nõ fuiſſe ꝓpriũ qꝫ ſteterũt·vt
mala immẽſa cor reprimãt qꝫ bona minima exal
tant·Ammonẽdi ſũt vt ꝯſiderent qꝫ ⁊ in culpis
grauioribus alto reatu ſe obligẽt·⁊ tñ plerũq;
in paruis q̄ cuſtodiunt deteri⁹ peccãt·qꝛ ⁊ in illꝭ
iniqua faciũt ⁊ ꝑ iſta ſe hominib; qꝛ iniqui ſũt
tegũt·Vñ fit vt cũ maiora mala ꝑpetrãt corã
deo aperte iniquitatis fiũt·⁊ cũ parua bona

cuſtodiũt corã hominibus ſimulate ſãctitatis.
Hinc eſt enim qđ phariſeis dicit. Liquantes
culicẽ camelũ aũt glucientes. Ac ſi apte dicet.
Minima mala diſcernitis. maiora deuoratis.
Hinc eſt ꝙ rurſũ ore veritatis increpant cũ au
diũt. Decimatis mẽtam ⁊ auetũ ⁊ cyminũ. ⁊ re
linquitis que grauiora ſũt legis iudiciũ ⁊ miſe
ricordiã ⁊ fidẽ. Neqꝫ enim negligent audiẽdũ ẽ
ꝙ cũ decimari minima diceret. extrema quidẽ
de oleribꝫ maluit. ſꝫ tamen bene olencia memo-
rate. vt profecto oſtendẽt quia ſimulatores cũ
praua cuſtodiũt. odorem de ſe extendẽ ſãcte o
pinionis querũt. Et ꝙuis implere maxima pre
termittãt tñ minima obſeruant que humano
iudicõ longe lateqꝫ redoleãt.

¶ Aliter qui nec bona inchoãt. aliter qui incho
ata minime cõſũmant. Cap. xxi. 58.

Aliter ãmonẽdi ſũt qui bona nec inchoant
atqꝫ aliter qui inchoata minime cõſũmãt.
Qui enim bona nec inchoãt non ſũt prius eis e-
dificanda que ſalubriter diligãt. ſꝫ deſtruẽda
ea in quibus ſemetipſos nequiẽt verſant. Neqꝫ
enim ſequũtur que in expta audiũt niſi prius
ꝙ pernicioſa ſint ea que ſũt expta deprehẽdũt.
quia nec leuari appetit. qui ⁊ hoc ipſũ quia ceci
dit neſciat. ⁊ quia dolorẽ vulneris nõ ſentit ſalu
tis remedia nõ requirit. Prius ergo oſtẽdẽda

ſunt q̄ ſint vana que diligūt ꝛ tūc demū vigilā
ter intimāda q̄ ſint vtilia q̄ pretermittūt pri⁹
videāt fugiēda q̄ amat · ꝛ ſine difficultate poſt
modū ꝯgnoſcunt amanda eē q̄ fugiūt. Melius
enim inexpta recipiunt · ſi de expertis quicquid
diſputacōnis audiunt veracit recognoſcunt.
Tūc igit pleno voto diſcunt vera bona querere
re · cū certo iudicō deprehēderit falſa ſe vacue te
nuiſſe. Audiāt ergo q̄ bō preſentia ꝛ a delecta
cōne citius trāſitura ſint · ꝛ tamē eorum cauſa
ad vlcōem ſine tranſitu ꝑmanſura · quia ꝛ nūc
qd libet inuitis ſubtrahitur · ꝛ tunc qd dolet in
uitis in ſupplicō reſeruatur. Itaqȝ eiſdē rebus
terreantur ſalubriter · quibȝ noxie delectantur ·
vt dum pculſa mēs alta ruine ſue dampna cō
ſpiciēs · ſeſe in precipitiū ꝑueniſſe deprehēdit ·
greſſum poſt terga reuocet · ꝛ ꝑtimeſcens q̄ ama
uerat. diſcat diligere q̄ ꝯtēpnebat. Hic eſt eni
q̄ ihereznie miſſo ad predicacōem dr̄. Ecce ꝯſti
tui te hodie ſup gētes ꝛ ſup ēgna · vt euellas ꝛ
deſtruas ꝛ diſſipes ꝛ edifices et plantes · q̄ niſi
pri⁹ ꝑuerſa deſtrueret edificare vtiliter recta
non poſſet · niſi ab auditorum ſuorum cordibus
ſpinas vani amoris euelleret nimirum fruſtra
in eis ſancte predicacōnis verba plantaret.
Hinc eſt q̄ petrus prius euertit vt poſtmo
dum conſtruat cum nequaq̄ iudeos monebat

quid iam faceret ſ; de hijs que fecerāt increpa
bat dicēs. Jheſū nazarenū virū approbatū a de
o in vobis virtutibus ⁊ ꝓdigijs ⁊ ſignis que fe
cit per illū deus in medio veſtri ſicut vos ſcitis.
Hūc de finito cōſilio ⁊ preſciencia dei traditū p
manus iniquoꝝ affigentes ligno interēmiſtis
quē deus ſuſcitauit ſolutis doloribꝫ inferni. Vt
videlicet crudelitatis ſue cognicōe deſtructi. edi
ficacōnē ſancte predicacōnis q̄nto anxie quere
rēt tāto vtiliter audirēt. Vn̄ illico reſponderūt
Quid ergo faciem⁹ viri f̄res. Quibꝫ mox dicit
Penitēciam agite ⁊ baptizetur vnuſquiſqꝫ ve
ſtrū. Que edificacōnis verba ꝑfecto ɔtempne
rent. niſi prius ſalubrit̄ ruinā ſue deſtructionis
inueniſſent. Hinc eſt ꝙ ſaulus cum ſuper eum
lux celitus emiſſa reſplenduit nō iam q̄d recte
deberet facere ſ; quid praue feciſſet audiuit. Nā
cū proſtratus requireret dicēs. Quis es dn̄e.
Protin⁹ reſpondet. Ego ſū iheſus nazarenus
quē tu ꝑſequeris. Et cū repente ſubiungēt. dn̄e
q̄d me iubes facere. Illico adiungit. Surge et
ingredere ciuitatē ⁊ ibi tibi dicet̄ q̄d te oporteat
facere. Ecce de celo dn̄s loquēs perſecutoris ſui
facta corripuit nec tamē illico que eſſent facien
da mōſtrauit. Ecce elacōnis ſue fabrica iam tō
corruerat ⁊ poſt ruinā ſuā humilis edificari re
quirebat. ⁊ cū ſupbia deſtruit̄ edificacōis tamē

verba retinētur ut videlicȝ ꝑsecutor immanis diu deſtructus iacēt. et tāto poſt in bonis ſolidius ſurgēt quāto prius ſūditus euerſus a priſtino errore cecidiſſet. Qui ergo nulla adhuc agere bona ceperunt a rigiditate antea ſue prauitatis correpcōnis manu euertēdi ſunt vt ad ſtatū poſtmodum recte operacōnis erigātur. quia et idcirco altum ſilue lingnum ſuccidimꝰ. vt hoc in edificij tegmine ſubleuemus. Sed tamē nō repente in fabrica ponitur vt nimirū prius vicioſa eius viriditas exſiccetur. Cuius quo plꝰ in infimis humor excoquitur. eo ad ſumma ſolidius leuatur. At cōtra āmonendi ſunt qui inchoata bona minime ꝯſūmant ut cauta circūſpectione ꝯſiderent quia dum ꝓpoſita non perficiunt. etiam que fuerāt cepta ꝯuellūt. Si enim ꝙ videt̄ gerēdum ſollicita intencōne nō creſcit etiā ꝙ fuerat bene geſtū decreſcit. In hoc quippe mundo humana aīa quaſi more nauis ꝯtra ictū fluminis ꝯſcendētis uno in loco nequaꝗ̄ ꝑmittit̄ quia ad ima labit̄. ñ ad ſūma conet̄. Si ergo inchoata bona fortis opantis manꝰ ad perfectionē nō ſbleuat. ipa opandi ēmiſſio ꝯtra hoc qd opatū ē pugnat. Hic ē enim ꝙ p ſalomonē dicitur. Qui mollis et diſſolutus ī ope ſuo fuerit frē eſt ſua opa diſſipātis quia viȝ q̄ cepta bō diſtricte nō exeqūtur diſſolucōne negligētie manum

deſtruentis imitat̃. Hinc ſardis eccleſie ab an
gelo dicit̃. Eſto vigilãs ⁊ ↄfirma cetera que mo
ritura erant. nõ enim inueni opa tua plena co
rã deo meo. Quia igitur corã deo plena eius ope
ra inuenta nõ fuerãt. moritura reliqua etiã que
erant geſta predicabat. Si enim ꝙ mortuũ in
nobis eſt ad vitã non accedit. hoc etiam extin
guitur ꝙ quaſi adhuc viuum tenetur. Ammo
nendi ſũt vt ꝑpendant ꝙ tollerabilius eſſe potu
iſſet recti viam nõ arripe. ꝙ̃ arrepta poſtergũ
redire. Niſi enim retro reſpicerẽt. erga ceptũ
ſtudium nullo torpore langerent. Audiãt ergo
qđ ſcriptũ eſt. Melius erat eis nõ cognoſcẽ vi-
am iuſticie quã poſt agnitõez retrorſũ conuer
ti. Audiãt quod ſcriptũ eſt. Vtinã frigidus eẽs
aut calidus. ſ; quia tepidus es ⁊ nec frigidus
nec calidus incipiã te euomere ex ore meo. Ca-
lidus quippe ẽ qui bona ſtudia ⁊ arripit ⁊ cõſũ
mat. Frigidus vero qui cõſũmanda nec inchoat
⁊ ſicut a frigore ꝑ teporẽ trãſitur ad calorem,
ita ad calorẽ per teporẽ redit ad frigus. Quiſ-
quis ergo amiſſo infidelitatis frigore viuit ſed
nequaꝙ̃ tepore ſupato excreſcit ut ferueat. pro
culdubio calore deſpato dũ noxio in tepore de
morat̃. agit ut frigeſcat. Sed ſicut ante teporẽ
frigus ſub ſpe eſt. ita poſt frigus tepor in deſpa-
cõne. Qui enim adhuc in peccatis ẽ ↄuerſionis

fiducíam non amittit. Quí vero poſt conuerſi
onem tepuit ⁊ ſpem que eſſe potuit de peccatorē
ſubtraxit. Aut calidus ergo quiſq; aut fri
gidus eſſe querat. ne tepidus euomatur vt
videlicet aut necdum conuerſus adhuc de ſe
cōuerſionis ſpem prebeat. aut iam cōuerſus
virtutibus inardeſcat. ne euomatur tepidus
qui a calore quē propoſuit torpore ad noxium
frigidus redit.

¶ Quod aliter ammonendi ſunt qui mala
occulte agunt. et bona publice: Atq; ali
ter qui bona que faciunt abſcondunt et
tamen quibuſdam factis publice mala de ſe
opinari permittūt. Cap. 19.

Aliter āmonendi ſunt. qui mala occulte a
gūt ⁊ bona publice. Atq; aliter qui bona
que faciunt abſcondunt. ⁊ tamen quibuſdā
factis publice mala de ſe opinari ꝑmittūt. Am
monēdi enī ſūt q̄ mala occulte agūt ⁊ bō publi
ce. vt perpēdant hūana iudicia quāta velocita
te euolāt. diuina autē q̄nta immobilitate ꝑdu
rāt Ammonēdi ſūt ut in fine rerū mētis oculos
figāt. q̄ ⁊ hūane laudis atteſtacō p̄terit ⁊ ſup
na ſētentia q̄ abſcondita penetrat ad retributi
onē ꝑpetuā ꝯualeſcit. Dū igit̄ occulta mala ſua
diuinis iudicijs rcā aūt ſua hūanis ocul' āpo
nunt. ⁊ ſine teſte ē bonum qd publice faciunt

ꝯ nō ſine eterno teſte eſt. qđ latent delinquūt.
Culpas itaqꝫ ſuas occultādo hoībus ṽtutesqꝫ
pandēdo. ꝯ vñ puniri debeāt abſcondentes detē
gūt. ꝯ vñ remunerari poterāt detegētes abſcō
dūt. Quos recte ſepulchra dealbata ſpecioſa ex
teri⁹ ꝭ mortuoꝝ oſſibus plena veritas vocat. qꝛ
viciorum mala int⁹ ꝯtegūt. humanis vero ocu
lis quorūdam demōſtracōe opm de ſolo foras
iuſticie colore blādiūtur. Ammonēdi itaqꝫ ſūt
ne que agūt recta deſpiciāt ꝭ ea meriti melioris
credāt. Valde nāqꝫ bona ſua diiudicant. qꝛ de
eoꝝ mercede ſufficere fauores humanos putāt.
Cum enim ꝑ recto ope laus trāſitoria querit̄ e
terna retribucōe res digna venūdat̄. De quo
videlicꝫ precō ꝑcepto veritas dicit. Amē dico vo
bis. receperūt mercedē ſuā. Ammonēdi ſūt ut cō
ſiderent qꝛ dū prauos ſe in occultis exhibent ꝭ
tamē exēpla de ſe publice in bonis opibus pre
bent. oſtendūt ſequēda q̄ fugiūt. clamant amā
da que oderūt. viuūt poſtremo alijs ꝯ ſibi mori
untur. At ꝯtra āmonēdi ſūt qui bō occulte faci
unt ꝯ q̄buſdā tamē factis publice de ſe mala o
pinari ꝑmittūt. ne cū ſemetipſos actionis recte
ṽtute viuificant in ſe alios p exēplū praue eſti
macōis occidant. ne minus q̄ꝫ ſe ꝓximos dili
gāt. ꝯ cū ipſi ſalubrē potū vini ſorbeant intētis
in ſui cōſideracōne mētibus peſtiferum venenū

poculū fundāt. Nimirū in vno ꝓximoꝝ vitam
minus adiuuant. in altero multū ḡuant. dum
ſtudēt ⁊ recta occulte agē. ⁊ q̄buſdaꝫ factis ad
exēplū de ſe p̄ua ſeminaē. Quiſq̄s enī laudis
ꝯcupiſcētiā calcaē iā ſufficit. edificacōis fraudē
ꝑpetrat ſi bona que agit occultat. ⁊ quaſi iacta
to ſemine germinādi radices ſubtrahit q̄ op⁹
qđ imitandū ē nō oñdit. Hic nāqꝫ in euāgelio
veītas dicit. Sic luceat lux vrā corā hoībus vt
videāt opa vrā bō ⁊ glorificēt prēm vrm q̄ i cel'
ē. Vbi illa qꝫ ſentēcia ꝓmiť q̄ longe aliud p̄ce
piſſe videť dicēs. Attēdite ne iuſticiā veſtram
faciatis coram hoībꝫ vt videamini ab eis Quid
eſt igiť ꝙ op⁹ vrm ⁊ ita faciēdū eſt ne videať
⁊ tñ vt debeat videī precipiť. nͦ ꝙ ea q̄ agim⁹ ⁊
occultāda ſūt ne laudemur ⁊ tñ oſtendēda ſūt
vt laudem celeſtis patris augeam⁹. Nā cū vos
iuſticiā corā hoībꝫ dñs facē ꝓhiberet illico ad
iūxit vt videamī ab eis. ⁊ cū rurſus vidēda ab
hoībꝫ bō opa vrā preciperꝫ ꝓtin⁹ ſbdidit ut glo
rificēt patrē vrm q̄ in cel' ē. Qualiť igiť vidēda
eēnt vl' q̄liť nō vidēda ex ſniarum fine mōſtra
uit. q̄tinus opantis mēs op⁹ ſuū ⁊ ꝓpť ſe videī
nō q̄reret. ⁊ tñ hoc ꝓpter celeſtis patris gloriā
nō celaret. vñ fit pleꝝqꝫ ut bonū op⁹ ⁊ in occul
to ſit cū ſit publice. ⁊ rurſ⁹ ī publico cū agiť oc
culte. Qui enī in publico bono ope nō ſuam ſed

ſupni patris gloriã q̄ cit ꝙ fecit abſcondit ꝙ il
lum ſolũ teſtē habuit cui placē curauit. Et qui
in ſecreto ſuo bono ope deprehēdi ac laudari cō
cupiſcũt. a null9 fortaſſe vidit qđ exhibuit a ta
mē hoc corã hominibꝫ fecit. ꝙ tot teſtes i bono
ope ſecũ duxit ꝙ humanos laudes in corde req̄
ſiuit. Cum vero praua eſtimacō inquãtum ſine
peccato valet ab intuēciũ mēte nō tergitᷣ cũctis
mala credentibus p exēplũ culpa ꝓpinatur. vñ
a plerũqꝫ cōtingit vt q̄ negligēter de ſe mala o
pinal pmittũt. p ſemetipōs quidē nulla iniqua
faciunt ꝟ tamē p eos q̄ ſe imitati fuerint multi
plicius delinquũt. Hinc ē ꝙ apl's immunda q̄
dã ſine pollucōe comedētib9. ꝟ impfectis tēpta
cionis ſcandalũ ſua hac cōmeſſacione mouēti
bus dicit. videte ne forte hec licencia vr̄a offen
diculũ fiat infirmis. a rurſũ. Et peribit infirm9
in tua ꝯſciēcia frat̄. ꝓpter quē xp̄s mortuus eſt.
Sic aũt peccãtes in fratres a pcuciētes ꝯſcienci
am eoꝝ infirmã in xp̄o peccatis. Hinc ē ꝙ moy
ſes cũ diceret nō maledices ſurdo. ꝓtinus ad
iunxit. nec corã ceco pones offendiculũ. Surdo
quippe maledicere eſt abſenti ac non audien
ti derogaē. Coram ceco vero offendiculum po
nere eſt diſcretam rem quidē agere ſed tamen
ei qui lumē diſcrecōnis non habet ſcãdali occa
ſionē prebere.

De exhortacõne multis adhibẽda vt̃ sic sin gulorum v̂tutes adiuuẽt q̃tin⁹ p hãc ↄtra ria v̂tutibꝫ vicia nõ excrescãt. Cap. xl.

Hec sunt que presul animarũ in predicacõis diuersitate custodiat. vt sollicit⁹ ↄgrua singulorum vulneribus medicamẽta opponat. Sꝫ cũ magni studij sit. ut exhortãdis singul' seruia tur ad singula cũ valde laboriosũ sit vnũquẽqꝫ de ꝓprijs sb̃ dispẽsacõe debite ↄsideracõis instru ere. lõge tñ est laboriosius auditores in nume ris ac diũsis passionibꝫ laborantes vno eodẽqꝫ tp̃e voce vni⁹ ꝗ ↄmunis exhortacõis ãmonẽ. Ibi q̃ꝑpe tãta arte vox tempanda ẽ. ut cũ diuer sa auditorum sint vicia. ꝗ singul' inueniat ↄgrua ꝗ tamen sibimetipsis non sit diuersa ut inter passiones medias vno ductu transeat sed mo re bicipitis gladij tumoẽs cogitacõnum carna lium ex diuerso latere incidat. quatinus sic su perbis predicetur humilitas vt timidis non augeatur metus. sic timidis infundatur aucto ritas vt tamẽ superbis non crescat effrenacõ sic ociosis ac torpentibus predicetur sollicitudo boni operis ut tamẽ inquietis immoderate licẽ cia nõ augeat actionis. Sic inq̃etis ponat mo dus ut tamẽ ociosis non fiat torpor securus. Sic ab impacientibꝫ extinguatur ira. ut tamen remissis ac lenibus non crescat negligencia

ſic lenes accendātur ad zelū ut tamen iracūdiſ nō addatur incēdiū. ſic tenacib9 infundat tribuendi largitas. vt cū ꝓdigis effuſionis frena minime laxētur. ſic ꝓdigis predicet̄ parcitas vt tamē tenacibus ꝑitura rerū cuſtodia non augeatur ſic in cōtinētib3 laudet̄ ꝯiugiū ut tamen iā ꝯtinentes non reuocētur ad luxū. ſic ꝯtinentibus laudet̄ virginitas corꝑis. vt tn̄ in ꝯiugib3 deſpecta nō fiat fecūditas carnis. ſic predicāda ſūt bona. nec ex latere iubeātur et mala. ſic laudanda ſūt bona ſūma. ne deſpiciant̄ vltima. ſic nutriēda ſunt vltima. ne dū credunt̄ ſufficere. nequaꝗ̄ tēdant̄ ad ſūma.

De exhortacōe q̄ vni adhibēda eſt. aut hijs q̄ ꝯtrarijs paſſionib3 laborāt Cap. 38. 61.

ET grauis quidē predicatori labor eſt in cōmunis predicacōnis voce ad occultos ſingulorū motus cauſaſq3 vigilare. a paliſtrarū more in diuerſi lateris arte ſe vertere. Multo tam̄ acriori labore fatigat̄ quādo vni ecōtrarijs vicijs ſeruiēnti predicare ꝯpellitur. Plerūq3 eni quis lete nimis ꝯſperacōnis exiſtit. ſ3 tamē cum repente ab orta triſticia immaniter deprimit. Curādum itaq3 predicatori eſt quaten9 ſic tergatur triſticia que venit ex tēpore vt nō augeat̄ leticia que ſuppetit ex ꝯſperacōne. a ſic frenetur leticia que ex ꝯſperacōne eſt ut tamē nō creſcat

triſticia que venit ex tempore. Iſte grauat̄ vſu immoderate precipitacōnis et aliquādo tamen ab eo qd̄ feſtine agendū eſt eū vis prepedit ſubito nate formidinis. ille ḡuat̄ vſu immoderate formidinis et aliquādo tamen in eo qd̄ appetit temeritate impellitur precipitacōnis Sic itaqȝ i iſto reprimat̄ ſubito aborta formido. ut tñ nō excreſcat enutrita diu precipitacō. ſic in illo reprimatur aborta repente precipitacō. ut tamē nō ꝯualeſcat impreſſa ex ꝯſperſione formido Qd̄ autē mirꝫ ſi mētiū medici iſta cuſtodiūt. dū medici corporum tāta diſcrecōis arte ſe tēpant qui nō corda ſ; corpora medētur. Plerūqȝ enī debile corpus opprimit languor immanis. cui languori ſcilicet obuiaſ adiutoriis fortibus debet. ſ; tamen corpus debile adiutorium forte nō ſuſtinet. ſtudet igit̄ qui medetur. quatenus ſic ſuperexiſtentē morbū ſubtrahat. ut nequaꝙ ſuppoſita corporis debilitas creſcat. ne fortaſſe lāguor cū vita deficiat. Tāta ḡ adiutoriū diſcrecōe cōponit. vt vno eodemqȝ tpe et languori obuiet et debilitati. Si igitur medicina corporis indiuiſe adhibita ſeruiē diuiſibilit̄ pōt. tūc enī vere medicina ē qñ ſic ꝑ eā vicō ſuperexiſtenti ſuccurrit̄ vt etiā ſuppoſite ꝯſperſioni ſeruiat. Cur medicina mentis vna eademqȝ predicacōne appoſita mox morbis diuerſo ordine obuiare nō valer

que tāto ſubtilioꝛ agitur. quāto de inuiſibilius
tractatur. ¶ Qđ aliqñ leuioꝛa vicia relinquē
da ſunt. vt grauioꝛa ſbtrahātur. Cap. 39. 62.

Sed qꝛ plerūqꝫ dum duoꝝ viciorū languoꝛ
irruit. hic leuius. illud foꝛtaſſe grauiꝰ pre
mit. ⁊ illi minimorū vicio rectius ſub celeritate ſb
uenitur p qđ feſtine adinteritum tendit. ⁊ ſi h
a vicina moꝛte reſtringi nō poteſt niſi illud eti
am qđ exiſtit ɔtrarium creſcat. Tollerādū ita
qꝫ predicatori eſt. vt p exhoꝛtacōnem ſuā arti
ficioſo moderāmine vnū paciatur creſcere. qua
tenus aliud poſſit a vicina moꝛte retinere. Qđ
cū agit nō moꝛbū exaggerat. ſed vulnerati ſui
cui medicamētum adhibet vitā ſeruat. vt exq̄
rēde ſalutis ɔgruū tempꝰ inueniat. Sepe enim
quis a ciboꝝ ſe ingluuie minime tēpans iā
iā qꝫ pene ſupatis luxurie ſtimulꝭ pmit. q̄ huiꝰ
pugne metu teritꝰ dum ſe p abſtinēciā reſtrige
re nititur. inanis gloꝛie temptacōne fatigatur.
In quo minimꝫ vnum viciū nullatenꝰ extingui
tur. niſi aliud nutriat. Que igit ardēciꝰ peſtis
inſequenda eſt. niſi que piculoſius pmit. Tol
lerādum namqꝫ ē vt p virtutem abſtinēcie in
terim arrogancia cōtra viuentē creſcat. ne eū
per ingluuiē a vita funditus luxuria extinguat
Hinc eſt qꝛ paulꝰ cū infirmum auditorē ſuum
perpenderet aut praua adhuc velle agere. aut

de actione recta humane laudis retribucione gaudere ait. Vis non timere poteſtatem? Bonũ fac ⁊ habebis laudẽ ex illa. Neqꝫ eñi ideo bõ agenda ſunt vt poteſtas huius mundi nulla timeatur. aut per hec gloria tranſitorie laudis aſſumatur. Sed cũ infirmã mentem ad tãtum robur aſcendere non poſſe penſaret. vt ⁊ prauitatem ſimul vitaret ⁊ laudem. Predicator egregius ei admonendo aliquid obtulit. ⁊ aliquid tulit. Concedendo enim leuia ſubtraxit acriora. vt quia ad deſerenda cũcta ſimul non aſſurgeret. dum in quodam ſuũ animus familiariter relinquitur. a quodam vicõ ſuo ſine dolore tolleretur.

Quod infirmis mentibus omnino non debent alta predicari. Capitulum. 63.

Sciendũ vero predicatori eſt. vt auditoris ſui animũ vltra vires nõ trahat. ne vt ita dicam dum plusq̃ valet tẽditur. mẽtis corda rumpatur. Alta enim queqꝫ debẽt multis audientibus contegi. ⁊ vix paucis apiri. Hinc nãqꝫ p ſemetipſam veritas dicit. Quis putas ẽ fidelis diſpenſator quẽ cõſtituit dñs ſup familiam ſuã vt det illis in tempore tritici menſurã. Per mẽſuram quippe tritici exprimitur modus verbi ne cũ anguſto cordi incapabile aliq̃d tribuit exfũdat. Hic paulꝰ ait. Nõ potui vobis loqui q̃ſi

ſpiritualib; ſed quaſi carnalibus tāq̄ paruulē
in xp̄o lac vobis potum dedi non eſcam. Hinc
moyſes a ſecreto dei exiens coruſcantē coram
populo faciem velat quia nimirum turbis clal
tatis intime archana nō indicat. Hinc p eum
diuina voce precipitur vt is qui ciſternam fo
derit ſi operire negligat. corruente in ea boue uel
aſino. precium reddat. quia ad alta ſciēcie flu
enta perueniens cum hec apud bruta audien
cium corda non cōtegit. pene reus addicitur ſi
per verba eius ſcandalū ſiue munda ſiue mēs
immūda capiatur. Hinc ad beatum Job dicit.
Quis dedit gallo intelligēciam. Predicator et
enim ſanctus dū caliginoſo hoc clamat in tpe
quaſi gallus cantat in nocte cum dicit. Hora
eſt iam nos de ſompno ſurgere. et rurſū. Euigi
late iuſti et nolite peccare. Gallus autē in profū
dioribus horis noctis altos edere cantus ſolet.
Cum vero matutinū iam tempus in proximo
eſt. minutas ac tenues voces format. qz nimirū
qui recte predicat obſcuris adhuc cordibus a
pta clamat. nihil de occultis miſterijs indicat
vt tunc ſubtiliora queqz de celeſtibus audiant
cum luci veritatis appropinquauit.

¶ De ope predicatoris et voce. Cap. xi. 64

S Ed inter hec ad ea que iā ſuperius diximꝰ
caritatis ſtudio retorq̄mur. vt predicator

quiſqȝ plus actibus q̄ vocibus inſonet. a be
ne viuendo veſtigia ſequacibus imprimat. vt
pocius agendo q̄ loquēdo quo grad ancur
oñdat. quia et gallus iſte quē ꝓ exprimēda bo
ni predicatoris ſpecie i locucōe ſua dñs aſſump
ſit. cum iam edere cantus parat. pri⁹ alas ex cu
tit et ſemetipſū feriēs vigilāciorē reddit. q̃ nimi
rum neceſſe eſt vt hi qui verba ſācte predicacō
nis mouent. prius ſtudio ſācte actionis inuigi
lēnt. ne in ſemetipſis torpētes ope alios excitēt
voce. Pri⁹ ſeꝑ ſublimia facta excuciāt. et tūc ad
bene viuendum alios ſollicitos reddāt. Prius
cogitacōnum alis ſemetipſos feriant. quicq̄d
in ſe inutiliter torpet. ſollicita inueſtigacōe dep
hendant diſtricta animaduerſione corrigant.
et tunc demum aliorum vitam loquēdo cōpo
nant. Prius punire ꝓpria fletibus curent et
tunc que aliorum ſunt punienda denunciēt. et
antequā verba exhortacōnis inſonēt omne qđ
locuturi ſūt opibȝ clamāt. Quod ep actis rite oi
bus q̄lit predicator ad ſemetipſū redeat. ne
hūc vl̄ vita vel p̄dicacio extollat. Cap. 67.

Sed q̃ ſepe dū predicacō modis congruēti
bus vbertī fundit apud ſemetipſū de oſtēſi
one ſui occulta leticia loquētis anim⁹ ſbleuat.
magna cuā necē ē vt timoris laceracōe ſe morde
at. ne q̄ alioꝝ vulneā medēdo ad ſalutē reuocat

ipſe per negligenciam ſue ſalutis intumeſcat. ne proximos iuuādo ſe deſerat. ne alios erigēs ipſe cadat. Nam quibuſdā ſepe magnitudo virtutis occaſio pdicōis fuit. vt cū ꝯfidencia virium inordinate ſecuri ſunt per negligenciam inopinate morerēt. Virtꝰ nāqȝ cū vicijs remitit quadam delectacōne eius ſibimetipſi animus blanditur. fitqȝ vt bene agentis mēs metum ſue circumſpexionis abiciat. atqȝ in ſui confidencia ſecura requieſcat. Cui iam torpenti ſeductor callidus omne qd bene geſſit enumerat eāqȝ quaſi pre ceteris prepollentem in tumore cogitacōnis exaltat. Unde agitur vt ante iuſti iudicis oculos fouea mentis ſit memoria virtutis quia reminiſcendo qd geſſit. dum ſe apud ſe erigit. apud humilitatis auctorem cadit. Hinc namqȝ ſuperbienti anime dicitur. Quo pulchrior es deſcende. ſurge qui dormis cum incircumciſis. Ac ſi aperte diceretur. Quia et virtutum decore te eleuas. ipſa tue pulcbritudine impelleris vt cadas. Hinc ſub iheruſalē ſpēcie virtute ſuperbiens anima reprobatur cū dicitur. Perfecta eras in decore meo. quem poſueram ſuper te dicit dominꝰ. et habens fiduciam in pulchritudine tua. fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe ſue pulchritudinis animus attollitur cum de virtutū meritis leta apud ſe ſecuritatē

gloriat᷑. ſʒ p eādē̄ fiduciā ad fornicacōnē̃ ducit᷑
qꝛ dū̄ interceptam mētem cogitacōes ſue decipi
unt hāc maligni ſpūs p inumera vitia ſeducē
do corrūpūt. Notādū vero ꝙ dr. Fornicata es in
noie tuo Quia cū reſpectū ſupni rectoris mēs de
ſerit. laudē ꝓtin⁹ priuatā querit. ⁊ ſibi arroga
re incipit om̄e bonū. qđ ut largitoris p̄conio ſer
uiret accepit Opinionis ſue gloriam dilatare de
ſiderat ſatagit vt mirabilis cunctis innoteſcat
In ſuo ergo nomine fornicatur qui legalis tho
ri conubium deſerens corruptori ſpiritui in lau
dis appetitu ſubſternitur. Hinc dauid ait.
Tradidit in captiuitatē virtutem eorū. ⁊ pul
chritudines eorum in manus inimici. In capti
uitatem etenim virtus ⁊ pulchritudo in man⁹
inimici traditur cū decepte mēti āntiquus hoſtis
⁊ boni opis elacōe dn̄at᷑. Que tn̄ virtutis elacō
ꝙuis plene nō ſupat. vtrūqꝫ tamē ⁊ electorum
ſepe aim tēptat. Sʒ cū ſubleuat᷑ deſtituit᷑. deſtitu
tus ad formidinē reuocat᷑. Hinc etenim dauid
iterum dicit. Ego dixi in habundantia mea
non mouebor in eternum. Sed quia de confi
dentia virtutis intumuit. paulo poſt quit per
tulit adiunxit. Auertiſti faciem tuam a me et
factus ſū conturbatus. Ac ſi aperte dicat. For
tem me inter virtutes credidi. ſed quāte infir
mitatis ſim derelictus agnoui. Hinc rurſū dr.

Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodiē iudicia iuſticie tue. Sꝫ
quia eius virium non erat manere in cuſtodia
quā iurabat. debilitatē ſuam protin9 turbatus
inuenit. Vn̄ ⁊ ad precis opem ſe ɔtulit repente
dicēs. Humiliat9 ſū vſquequaqꝫ dn̄e viuifica
me ſcd̄m verbū tuū. Nonnūq̄ vero ſupna mo
deracio prius q̄ p munera prouehat. infirmi
tatis memoriā ad mētē reuocat. ne de acceptis
muneribus itumeſcat. vn̄ ⁊ ezechiel ꝓpheta q̄
ciens ad ɔtemplanda celeſtia ducit. prius fili9
hominis vocatur. Ac ſi hūc aperte dn̄s āmone
at dicens. Ne de his que vides in elacōe cor ſub
leues. cautus perpende q̄ es. vt cum ſūma pene
tras eſſe te hominē recognoſcas. quaten9 dū
vltra te raperis ad temetipſū ſollicitus infirmi
tatis tue freno reuoceris. Vn̄ neceſſe eſt vt cū
virtutū nobis copia blanditur. ad infirma ſua
mentis oculus redeat. ſeſeqꝫ ſalubriter deorſum
premat. ne recta que egit. ſed ea que agere ne-
glexit aſpiciat. vt dū cor ex memoria infirmita
tis atteritur. apud humilitatis auctorē robuſti
us in virtute ſolidetur. quia ⁊ plerūqꝫ omnipo
tens deus idcirco rectorū mētes quāuis ex ma
gna pficiāt. imperfectas tamē ex parua aliqua
pte derelinquit. vt cum mētis virtutib9 rutilāt
impfectionis ſue tedio tabeſcant. ⁊ nequaq̄ ſe
de magnis erigāt. cū adhuc contra ſe minima

innitētes laborāt. ſed quia extrema non valēt
vincere de precipuis actibus non audeāt ſuperbi
re. ¶ Ecce bone vir reprehenſionis mee neceſſi
tate cōpulſus. dum mōſtrare qualis eſſe debe
at paſtor inuigilo pulchrū depinxi hominē pi
ctor fedus. alioſqz ad perfectionis litus dirigo
qui adhuc in delictorum fluctibus verſor. Scd
in huius queſo vite. naufragio oracōnis tue
me tabula ſuſtine. vt quia pondus ꝓprium de
primit tui me meriti manus leuet.

¶ Explicit liber Regule paſtoral Gregorij Pa
pe ad Johānem Archiepm Rauēnenſem.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Ts 4400

Patres Lat. c.

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 52.
INKUNABUŁY